42 inſtituentis mandato, eo quod non ſufficit dicere, ſed facere oportet in terminis *Valaſc. conſ.* 169. *n.* 11. *ibi*: Imo plus factis quam verbis *L. ſi tamen* §. *ei qui ff. de ædelir. edict. Late Peralt. in L. cum fundus ff. legat.* 2. *Per. dec.* 119. *n.* 26. *explanat in ſimili Surd. conſ.* 3. *n.* 32. & *conſ.* 28. *n.* 18. & *magis expreſſe dec.* 194. *n.* 21. *per text. in L. Paulus ff. rem raptam haber.* & *ex gloſ. in L. recuſare ff. acquirend. hæreditat. cum aliis ibi adductis.*

Reſtitutio autem fructuum ex quo tempore fieri debeat, non levis accurrit dubitatio eo quod titulo poſſidentem invenio Appellantem, & ante litis conteſtationem malæ fidei probatio non oſtenditur, & ideo anteacto tempore inſpecto a fructuum reſtitutione abſolvendus venit Appellans ex his quæ *Menoch. de recupil. remed.* 15. *n.* 625. & 629. *Cab.* 1. *p. dec.* 69. & *dec.* 135. *n.* 7. Cum aliis ibi adductis, de quo tamen in Senatu cum Domino præcedenti amantiſſimo conferam, cujus placitum in omnibus amplector. Portu die 16. Julii 1680.

Relende.

43 Iterum ad hunc Senatum reverſus proceſſus contra inveteratum ſtylum, ac conſuetudinem, quæ le-
44 gem imitantur juxta *text. in* §. *ſi reſcripto ibi*: Nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati *Legem immitantur Inſtitut. de jure naturali gentium*, & *Civil. juncta leg.* 2. *ff. conſtit. princip. ibi*: In rebus novis conſtituendis evidens eſſe utilitas debet, ut recedatur ab eo jure quod diu æquum viſum fuit, eo vel maxime quando in ſimilibus nullum in contrarium invenitur exemplum, quod tertio fungeretur ſufragio, ſuperioris tamen Senatus decreto obediendo, ſatis diligenter inſpectis, & reviſis impertinentibus actis, tedet libeli confuſio a fol. aborret articulorum immenſitas ac ſuperfluitas fol. & tandem illorum forma arbitrio Actoris fabricata animum judicentis exaſperat.

Ad actionem deductam in libello deveniendo, nullum jus Actoribus eſſe exiſtimo, quia in illa dicto obviatur teſtatricis diſpoſitioni fol. 45
quæ ut lex ſervari debet, diſponat teſtator & erit lex juxta vulgaria juncta *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 3. nanque vero doctiſſimi præcedentes domini in ſuis elegantiſſimis deliberationibus hujus negotii veritatem agnovere, ſuperfluum erit amplius de illo diſputare.

Quo ad reconventionem etiam lato calamo illam diſcuſſam invenio, de lege teſtatricis clare patet de contumaci Actoris Joannis contraventione pleniſſime ex tota Actorum ſerie notorie conſtat, quare Sapientiſſimorum dominorum placitis adhæreo, ſolum mihi ſcurpulus reſtat circa fructus petitos à tempore indebitæ occupationis. A tempore enim litis conteſtatæ venit illorum condemnatio, illis non petitis, *Ord. lib.* 3. *tit.* 66. §. 1. Cum vero in præſenti petitos inveniamus, ſaltem à tempore intentati libelli Actorem reconventum condemnandum eſſe judico propter judicialem contraventionem, ſine fundamento intentatam, à quo tempore vera contumatia & doloſus conſiderari debet, & ad hoc ut pænam incurrat privationis maioratus ad Mariam per contraventionem devoluti, à quo

quo ſaltem vel adminus, fructus ad ſucceſſorem maioratus pertinent, juxta ea quæ *Valaſc. de partition. cap.* 30. *a n.* 14. *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *Molin. de juſtit. diſput.* 635. *tom.* 3. *Thom. Vaſ. alleg.* 59. *n.* 5. *&* 6. ſuper quo conferam, ſi placuerit. Portu 6. Junii 1681.

Rocha.

A qua ſententia fuit gravamen interpoſitum ad ſupplicationis Senatum, ubi fuit confirmata & fundamenta in deliberationibus ſequentibus. Quo ad actionem ab Actoribus intentatam non multum eſt immorandum, controvertia enim præſens jam deciſa fuit per ſententiam; quæ tranſivit in rem judicatam, & de illa iterum diſputare non licet *L. res judicata ff. de regul. jur. L.* 1. *Cod. quando provocare non eſt neceſ.* & de ſententia conſtat a fol.

Quo ad reconventionem etiam placet Judicatum; Actor enim ex deametro conditionibus & clauſulis à teſtatricem impoſitis ſe oppoſuit ejus præcepta parvi pendendo, & cum in defectum inſtitutrix pænam privationis impoſuiſſet, in hanc incurriſſe Actorem dicendum eſt; regula eſt nanque à jure notiſſima
46 inſtitutores poſſe aponere quaſcunque conditiones dummodo non ſint leges reprobatæ & indefectu illorum poſſeſſores adminiſtratione privare *L.* 1. *Cod. de his quæ pæn. nomin. L.* 1. §. *ſi ita ff. ad leg. falcid. Molin. de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 32. *Caſtilh. lib.* 5. *contr. cap.* 136. *n.* 72.
47 *Larrea dic.* unuſquiſque enim in re ſua optimus eſt moderator & arbitrer *L. in re mandata Cod. mandat.* quod quidem adeo verum eſt ut licet inſtitutor hanc non exprimat
48 primevationem ilico quod poſſeſſor maioratus voluntatem inſtituentis non adimplet privatur maioratus adminiſtratione *Authent. hoc amplius Cod. de fidei comiſſ. Fuſar. de ſubſt. q.* 582. *n.* 2.

Quod autem Actor voluntati inſtituentis non obtemperaſſet, oſtendunt Acta fol. cum ſeqq. in quibus locis Actor magnopere voluntatem defunctæ inſtitutricis impedivit, ſprevit & in nihilo habuit, non optemperando, non obediendo, ut tenebatur; tum virtute clauſularum inſtitutionis, tum etiam ex termino, quem fecerat fol. ad quem obligationem ſe adſtrinxit, a quo tempore autem fructus reſtituere teneatur etiam dicerem ab oblatione injuſti libelli, ſententia Senatus inferioris in totum confirmata. Ulyſſipone 6. Jannarii 682.

Baſto Pereira.

Faſtidioſiſſimum proceſſum habemus in præſenti, in eo & actio, & reconventio continentur. Actio infinitum articulorum numerum comprehendit, et incomprehenſibilem materiam continet. Sed qualiſcunque ſit deſpicienda eſt, vel enim habet importunus libellus illa, quæ jam deciſa ſunt, vel tandem quia reconvintio procedit inutiliter tempus codſumitur ſuper interpetrandis inſtitutionis clauſulis ad ſuplicationem A. qui ſucceſſorem non eſſe maioratus, illico in ſimul judicatur. Illud tamen non deciſum habet libellus, an ſuppoſita prima obligatione facta in ſcriptura fol. potuiſſet Martha illa inſtitutrix hujus maioratus hæc bona aliis oneribus prægravare, quod quidem proponit Actor de evadendam condemnationis, vel inquam contraventionis pænam? Quaſi hæc onera poſtea impoſita adverſus juris dictamina fuiſſent, & ita ob illorum non ad implementum in contraventionis pænam? non incurrat Actor ad *text. in L. Lucius* §. 3. *hæredes ubi communiter DD. ff. ad Trebelian. Menoch.*

*noch. lib.* 4. *præſumpt.* 98. *n.* 5. *Surd. dec.* 7. *n.* 2. *&* 3. *Paul. Bellon. de poteſt. eorum quæ fiunt in continenti lib.* 2. *cap.* 57. *n.* 3. quod non pa-
9 rum juvatur ex eo quod quælibet excuſatio admittenda eſt ad excludendam contraventionis pænam ad optimum *text. in L. igitur ſciendum ff. de liberali cauſ. notat. Honded. lib.* 2. *conſ.* 68. *n.* 21. *alios refert Rox. de incompat.* 3. *p. cap.* 1. *tractabil.* 7. *n.* 46. Et hoc eſt Actoris fundamentum; cum alia, quæ in libello proponuntur, vel jam judicata, vel in civilia itaſint, atque ipſa libelli, & replicationis forma.

Hoc tamen fundamentum, & hæc petita declaratio nullius eſt momenti, nihil enim continet ſcriptura illa de qua fol. niſi quandam obligationem reficiendi eccleſiam illam Sanctæ Luciæ dicatam, intra valorem reddituum 20. aureorum, ut contrahentes declarant, quæ obligatio cum inter Actorem & Reum diviſa fuiſſet in partitionibus, non licet Actor allegare hoc oneris incommodum, niſi per illa parte, quæ ad ipſum pervenit.

His ſic ſuppoſitis quis dubitare poterit quod valida eſt maioratus inſtitutio extra illam ſummam antiquæ obligationi obnoxiam? Si enim bona quædam tenui cenſui ſupponantur, & poſtea maioratui; cum ampliores fructus, quam cenſus obligatio produxiſſet, quis dubitabit quod valida eſt maioratus conſtitutio circa illam antiquam cenſus obligationem, ut ſupponunt DD. inter quos *Molin. de primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 10. *&* 11. redicula ergo eſt Actoris intentio dum ſub prætextu hujus petitæ declarationis contraventionis pænam evadere deſiderat; maxime quando in facto probatur dimidium hujus Villæ fructus producere, qui in 30U. terunt. æſtimantur. Nec Actori prodeſſe poteſt hoc fundamentum ita caviloſum, quando ipſe ex propoſito, & non ignoranter, imo doloſe inſtitutricis præceptis contravenit *Fuſar. de ſubſtit. q.* 465. *per totam Addit. ad Molin. lib.* 2. *cap.* 14. *n.* 23. *verſic. hæc omnia declarantur Caſtilh. lib.* 5. *contr. cap.* 94. *n.* 20. *Rox. de incompatib.* 3. *p. cap.* 1. *n.* 38. quapropter parvi pendenda eſt actionis materia adhuc ad evadendam contraventionis pænam.

Quo ad actionem hæc ſufficiunt; & quo ad reconventionem etiam placet Sapientiſſimi Domini ſententia, præceptum nanque inſtitutricis & privationis pæna ex teſtamento fol. patent ubi teſtatrix expreſſe declaravit, quod ſi Actor vel intra annum non adimpleviſſet onera in teſtamento expreſſa, vel rationes hujus adimplementi non reddidiſſet, illico privatus fuiſſet tertia ei relicta nominata ſubſtituta, & hoc ei licitum eſſe de jure probant communiter DD. ex *L. unica Cod. de his qui pænæ nom. §. pænæ quoque nomine inſtitut. de legat. L. multa in princip. ff. de condict. & demonſtrat.* In facto non hæſitatur Actorem contraveniſſe, ipſe nanque teſtatricis voluntatem & diſpoſitionem oppoſitis caviloſis impedimentis impedivit multoties annonas illas Civiles Religioſo, et nominalibus relictas, vel intra terminum a teſtatrice præfixum non ſoluit; vel reiteratas executiones ſperavit, ſacraficia pro anima relicta non adimplevit, imo inutiliter ordinavit litem, ut ſub hoc calore teſtatricis præceptis non obtemperaſſet hæc omnia patent ex optimo teſte fol. et documentis fol. ex quibus omnia quæ ſupradiximus probantur; propter quod dicendum eſt Actorem privandum eſſe à ſucceſſione hujus maioratus, cum repetitæ

titæ adſint culpæ, et nec levis ad ſit excuſatio maxime in Actore ita caviloſo, ut ex hoc proceſſu conſteſtat et ex aliis qui hic referuntur ita ingenioſe, et calumnioſe inſtituti; quod ignorantiam, et ingenii imbecitatem excludunt.

Hæc reſolutio etiam confirmatur ex eo quod Actor nec ignorantiam allegare poſſet interpellatus fuit à Docto Proviſſore in judicio diviſorio, ut ſciret onera, quæ adimplere tenebatur, et facto termino ad omnia in teſtamento ſcripta ſe obligavit fol. qua facta admonitione recte procedit privatio ob non adimpleta præcepta ad *text. in L. fin. & in Auth. hoc amplius Cod. de fid. Comiſſ. Latiſſime Molin. de primogen. lib. 2. cap. 14. a n. 13. cum ſeqq. Surd. d. dec. 57. n. 2. Caſtilb. lib. 8. contr. cap. 94. n. 11. Fuſar. de ſubſt. q. 582. à n. 10.*

Tandem in examen venit a quo tempore reſtituendi ſunt fructus. Doctores in ſimili ſpecie communiter diſtingunt inter eum caſum quo inſtitutio facta fuit ſub conditione adimplendi gravamina, et inter caſum quo inſtitutio facta fuit pura, et reſolvenda ſub conditione, ita ut in primo caſu poſſeſſor contraveniens non lucretur fructus, et illos integros reſtituere teneatur ſubſtituto; in ſecundo vero caſu poſſeſſor medii tempois fructus acquirat, et illos reſtituere non teneatur; hanc diſtinctionem ſequuntur *Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. n. 19. & 20. Peregrin. de fideicomiſſ. artic. 11. n. 133. Fuſar. de ſuſtit. q. 447. n. 3. Addit. ad Molin. lib. 2. cap. 14. n. 23.* Verſiculo declaratur tertio; His ſuppoſitis Actor in præſenti inſtitutione fuit pure vocatus, licet vocatio poſtea ſub conditione adimplendi onera ibi impoſita veniret reſolvenda, in quibus terminis ex mente DD. qui ſupra citantur fructus non veniunt à tempore occupationis; igitur à tempore libelli Actor condemnetur, ſic confirmata in omnibus ſententia. Ulyſſipone 4. Januarii 1683.

Carneiro.

## CAP. LIV.

### An cenſeantur incluſi, vel excluſi à ſuccceſſione maiortus hæretici, qui crimen læſæ majeſtatis divinæ commiſerunt, & quid de eorum filiis & deſcendentibus, & in monaſterio, qui ſucceſſit in maioratu, & monachus per quem ad monaſterium de venerit ſucceſſio commiſſit crimen hæreſis, an durante vita monachi à poſſeſſione maioratus excludatur, vel retinere poſſit ſucceſſionem, vel ſtatim includatur, vel transferatur ad ſequentem ingradu?

HAnc quæſtionem proponit & reſolvit *Roxas de incomp. maior. p. 2. cap. 2. & nos diximus ſupra cap. 26. & cap. & dicemus favente Deo ad lib. 5. Ord. tit. 1. & 6. idem Roxas p. 4. cap. 1. & 2.* & ad varias quæſtiones vide *Luca Theatr. verit & juſt. tom. 10. de fideicomiſſ. diſcurſ. 148. & ſeqq.*

## CAP. LV.

De incluſione & excluſione, in diſpoſitione in qua vocatur ſequens ingradu, & quis talis dicatur ad hoc ut dicatur vel excluſus incluſus á ſucceſſione maioratus, & quid in diſpoſitione in qua vocatur aliquis degradu ingradum, & de proximiore, in proximiorem.

### *SUMMARIUM.*

*Pater pro mortuo reputatur, & excluſus eſt, propter incapacitatem num. 1.*

*Succeſſio maioratus gubernatur per obſervantiam quatuor qualitatum n. 2. Silicet liniæ gradus, ſexus & ætatis: ibidem.*

*Differunt igitur linea & gradus, ſicut continens & contentum n. 3.*

*Sed gradus non attenditur, niſi inipſa met linea n 4.*

*Vocatio ſequentis ingradu, idem eſt quod dicere, ſuccedat proximior n. 5. gradus dicti ſunt, a ſimilitudine ſcalarum n. 6.*

*Quando vocetur proximior in maioratu contraventionali, comprehenditur filius, aut deſcendens contravenientis n. 7.*

*In caſu contraventionis admittuntur omnes de familia ad fideicomiſſum n. 8.*

*Niſi ſint ejuſdem gradus, quia tunc competit proximo ibidem.*

*Poſſeſſor feudi ſi non parcet conditionibus, imo præcepto a domino inſtituto contraveniat, privatur feudo n. 9.*

*Et filius ejus ſuccedit, & ſi proximior aut ingradu ſequens eo caſu vocetur n. 10.*

*Quando aliquis aliqua ex cauſa a maioratus ſucceſſione excluditur, & ſequens in gradu vocatur, filius ejus admittitur ad ſucceſſionem, nec illi obſtat patris incapacitas n. 11.*

*Si furioſus eo eludatur, non debet ob eſſe ipſius incapacitas filio n. 12.*

*In contraventionis terminis filius cenſetur vocatus, & comprehenſus in vocatione ſequentis in gradu n. 13.*

*In terminis contráventionis ex alienatione filius ſuccedit patri contravenienti n. 14.*

*Limitatur eo caſu quo inſtitutor ſubſtituat certam, & determinatam perſonam, quia tunc ſervanda eſt ejus voluntas & ſuccedere debet vocatus & ſubſtitutus n. 15.*

*Quod inteligendum eſt indiſpoſitione clara, & non dubia n. 16.*

*Indubio debet ſuccedere filius qui dicitur ſequens in gradu num. 17. & 19.*

*Pœna enim privationis debet ſtricte intelligi & indubio excludi contra filium n. 18.*

*Filius, aut diſcendens non debet admiti natus poſt contraventionem n. 20. contrarium n. 21. & 22.*

*Et etiam habet locum in natis lite pendente ad ſucceſſionem dum tamen ante ſententiam naſcantur n. 23.*

*Et ſemper hoc ſervandum eſt, & non regor n. 24.*

*Et etiam poſt latam ſententiam admittendus eſt filius contravenientis tanquam ſequens ingradu n. 25.*

*Procedit etiam quando inſtitutor dicit quod ſucceſſio continuetur gradatim n. 26.*

*Verba* ſequens ingradu, *& degradu ingradum comprehendunt n. 27.*

De

DE hac materia omnia tradit, &
reſolvit cum multis *Roxas de
incompatib. maior. p. 4. cap. 1. per tot.
& p. 8. cap. 7. n. 14. 15. & 16. 23.*
& ibi *Doctiſſimus Aquila in addit.* ele-
*ganter Luca delinea legal art. 9. n.
39. & ſeqq. & optime Add. Oleæ de-
ceſſ. jur. & act. tit. 3. q. 4. pag. 47. &*
48. & eos vide, & nota quod in vo-
catione facta ut ſuccedat ſequens in
gradu *ſeguinte emgrao* ut quotidie
vidimus, ſequens in gradu dicitur
filius *§. in primo gradu Inſti. degradi-
bus cognat. L. 1. §. 3. ff. degradib. L.
filius 12. ff. de ſuis & leg.*

Et nepos, aut neptis *§. ſecundo gra-
du inſt. de gradib. d. L. 1. §. 4.*

1 Licet pater ſit excluſus propter in
capacitatem ex qua pro mortuo repu-
tatur. *L. 1. §. qui habebat ff. honor
poſſ. contr. tabul. ibi*: quod filius in
capax non obſtat ſequentibus ingra-
du ſuccedit regulanter filius aut ne
2 potum ex dictis; tum etiam quia
ſucceſſio maioratus gubernatur per
obſervationem quatuor qualitatum,
lineæ gradus, ſexus, & ætatis ut di-
ximus *cap. 10. n.* de quibus *Molin. lib.
3. cap. 4. n. 13.* & in his ſuperior eſt
linea ut advertit *Molin. ſupra & lib.
1. cap. 3. n. 12. & lib. 3. cap. 6. n.
31. & 32.* & loquendo de iſta & gra-
du *Marta de ſucceſſ. lég. tom. 2. 4. p. q.*
3 *21. art. 16. n. 4. inquit.* Differunt
igitur linea & gradus, ſicut conti-
nens & contentum. Nam in linea
4 conſtituuntur plures gradus. Sed gra-
dus non attenditur niſi in ipſamet
linea ut diximus *d. cap. 10. n.* & te-
net *Caſtilb. lib. 3. cap. 19. n. 313.* &
communiter omnes & ita filius qui
eſt in meliori linea eſt ſequens in gra-
du *Geurb. de feud. §. 2. gloſſ. 6. n. 15.
ibi*: Proximitas gradus metienda eſt,
à conſtitutis in linea *& n. 60.* verſ.
ſecundo conſideretur gradus *& §. 2.
gloſſ. 10. n. 15. in fine verſ.* non eſt
in gradu, qui non eſt in linea.

Probatur etiam, quia vocatio ſe- 5
quentis ingradu, idem eſt quod di-
cere ſuccedat proximior *L. hæres fu-
rioſi 5. ff. per hæred. juncta L. fin. §.
ſin autem cod. verat funſ. L. cum
ita §. in fideicomiſſo. ff. leg. 2. ibi*: &
qui ex proximo gradu pro creati ſunt
*Rox. de incomp. 4. p. cap. 1. n. 30.
Caſtilb. tom. 6. cap. 178. L. Juriscon-
ſultus 10. §. gradus ff. de gradib. ibi*:
gradus autem dicti ſunt a ſimilitu- 6
dine ſcalarum locorum ve procli-
vium, quos ita ingredimur, ut à pro-
ximo in proximum, id eſt in eum,
qui quaſi ex eo naſcitur tranſeamus.
Sed ſic eſt quod quando vocatur 7
proximior in maioratu contraventio-
nali comprehenditur filius aut deſ-
cendens contravenientis ut reſolvit
*Burſat conſ. 13. n. 60. Addent ad
Molin. lib. 1. cap. 9. verſ.* cæterum &
verſ. *ſecutndo caſu L. peto 79. §.
fratre verſ. quid ergo ff. leg. 2.* ubi 8
in caſu contraventionis admittuntur
omnes de familia ad fideicommiſſum,
niſi ſint ejuſdem gradus quia tunc
competit proximo ibi: proximus
quiſque admittendus eſt, juncta *L.
filius familias 114. §. cum pater verſ.
ſed & ſi cum duos ff. leg. 1.* ubi conſi-
derans J. C. quod conſanguineus
proximior, contravenientis eſt fi-
lius, ei datur eadem actio, ergo
&c. & in caſu in compatibilitatis
idem reſolvunt *Caſtil. lib. 3. cap. 15.
n. 49. Rox. d. 4. p. cap. 1. n. 7. & p.
8. cap. 7. n. 24. & 25.* Et loquendo
in feudi ſucceſſione *Geurb. de feud.
§. 2. gloſſ. 6. n. 85. ibi*: Infertur ſe- 9
cundo, ut ſi feudi poſſeſſor condi-
tionibus non pareat, imo præcepto
à Domino injuncto potius contra-
veniat, privatur feudo, & filius ejus 10
ſuccedit, & ſi proximior aut ſequens
in gradu eo caſu vocetur. & in maio-
ratu in omni contraventione *Caſtil.
d. cap. 15. n. 56. Add. ad Molin. ubi
ſupra n. 58. in fin. eleganter Matute
diſ-*

*diſquiſit. legal.* 36. *n.* 1. *juncto n.* 51.
11 *ibi:* Quia quando aliquis aliqua ex
cauſa à maioratus ſucceſſione exclu-
ditur, & ſequens in gradu vocatur,
filius ejus admittitur ad ſucceſſio-
nem, nec illi obſtat patris in capa-
citas *Bartol. in L.* 1. *n.* 4. *ff. bonor.
poſſeſſ. furioſ. per text. in L. cum hæ-
res ff. ad Trebel. Bald. in conſ.* 389.
12 ubi dicit, quod ſi furioſus excluda-
tur, non debet obeſſe ipſius in capa-
citas filio, quia capax eſt, *Gregor.
Lop. in L.* 2. *tit.* 15. *part.* 2. & in
13 terminis contraventionis, quod fi-
lius cenſeatur vocatus, & compre-
henſus in vocatione ſequentis in gra-
du, tradit *Tello Fernand. in L.* 17.
*Taur. n.* 9. *ad fin.* maxime quando
inſtitutor non declarat, quis ſit ſe-
quens in gradu, quo caſu cenſetur
vocatus filius, qui eſt ſequens in il-
lo, ut tenet *Roxas de in compat. ma-
ior* 4. *p. cap.* 1. *n.* 33. *verſ. at, & verſ.*
niſi aliter, & probat *text. in L. fi-
lius patri agnatus proximus eſt* 12. *ff.
de ſuis & legim.* & ita ſuccedere de-
bet, ſicut per mortem ſucceſſurus
erat, *Valenſ. conſ.* 83. *n.* 5. & 7. &
qui eſt ſequens in gradu ex præce-
denti gradu colligitur, ut eleganter
tradit *Caſtilh. d. cap.* 15. *num.* 33.
*& tom.* 6. *cap.* 178. *in fin.* & in
14 terminis contraventionis ex alie-
natione, quod filius ſuccedat patri
contravenienti, multis citatis te-
net *Caſtilh. d. cap.* 15. *num.* 37. *de
qua re Cyriac. controv.* 288. *n.* 3. &
451.

Quod tamen limitatur eo caſu,
15 quo inſtitutor ſubſtituat certam, &
determinatam perſonam, quia tunc
ſervanda eſt ejus voluntas, & ſucce-
dere debet vocatus, & ſubſtitutus
*Addent. a Molin. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 58.
*verſ.* cæterum *Roxas de incomp. ma-
iorat. cap.* 3. *lib.* 1. *n.* 82. de qua re
vide *Fuſar. q.* 575.

Quod intelligendum eſt in diſpo-
ſitione clara, & non dubia, quia in 16
dubio debet ſuccedere filius, qui di- 17
citur ſequens in gradu, pœna enim
privationis debet ſtricte intelligere 18
in dubio excludi contra filium, ut
multis tenet *Cyriac. controv.* 451. *n.*
69. & 139. *Fuſar. q.* 718. *num.*
77. & *q.* 740. *n.* 7. eleganter exor-
nat *Valenſ. conſ.* 97. *num.* 70. *verſ.*
nec.

Nam cum pro ſe habeat præſum-
ptionem, & regulas juris filius in 19
caſu dubio obtinere debet, ut ele-
ganter reſolvunt *Bartol. in L. quo-
ties ff. ſi quis caution. Caſtilh. cap.*
181. *n.* 16. *verſ.* hactenus, *Addent.
ad Molin. Lima lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 38.
*in med. Maldonad. d. cap.* 4. *n.* 32.
*Galeot. lib.* 4. *controv. contr.* 15. *à
num.* 1.

Et licet in hac materia contra-
ventionis controverſum ſit, an filius
natus poſt illam accedere poſſit pen-
dente lite circa ſucceſſionem, aut
non, de qua re late *Molin. lib.* 3. *cap.*
10. *n.* 38. 39. & 40. *Oleo de ceſſ. jur. &
act. tit.* 3. *q.* 4. *n.* 1. nihilominus ta-
men admittendus venit, quia licet
*Molin. n.* 44. *verſ.* in qua ſpecie aſ-
ſerat, quod ſecundum apices juris
non debeat admitti filius, aut deſ- 20
cendens natus poſt contraventio-
nem, poſtea vero in verſ. ſed quan-
vis non admittit rigorem, ſed amat 21
æquitatem, & præferentiam conce-
dit nato poſt contraventionem, ſe-
quuntur *Addentes n.* 44. *verſ.* ſecun-
da vero concluſio, & in verſ. tamen 22
æquitas contrarium ſuadet, ubi alle-
gant multos, & *Caſtilh. lib.* 5. *cap.*
91. *n.* 55. *Roxas de incompat. p.* 5. *cap.*
2. *n.* 60. & 61. & *in verſ.* aliter præſ-
tat rationem, & *n.* 32. & 62. multa
refert.

Et in tantum procedit hæc æqui- 23
tas, quod habet locum etiam in na-
tis lite pendente, dum tamen ante
ſententiam naſcantur *Molin. d. cap.*
10.

10. *n.* 44. *verſ.* ſe quanvis, & verſ. præſertim & *n.* 45. *in fin. Addent. n.* 44. *verſ.* & id ipſum *Olea tit.* 3. *q.* 4. *n.* 22. 24. *&* 25. & tenent alii quos Ego ipſe refero *forenſ. cap.* 4. *n.* 100. *&* 105. & in hoc tractatu *cap.* 9. *n.*

24 Et ſemper hæc æquitas ſervanda eſt, & amplectenda, & non rigor *L. placuit* 8. *Cod. de jud. & ibi gloſ. Gotofred. lit. A.* & antea notavit regula antea *L.* 90. *ff. de regul. jur.* & maxime in Tribunalibus ubi judicatur ſecundum veritatem compertam teſtatur *Cyriac. contr.* 205. *n.* 181. de qua re etiam *Stob. de purit & nobilit. probanda* 2. *p. q.* 4. *art.* 4. §. 1. *n.* 79.

25 Et etiam poſt latam ſententiam admittendus eſt filius contravenientis tanquam ſequens in gradu, ut clare probatur ex *L. peto* 69. §. *fratre & gloſ. ff. delegat.* 2. & confirmatur *ex L. antiqui* 3. *ff. ſi pars hæredit. petat. L.* 3. §. *utique ff. de ſuis & legit. L.* 2. §. *ſi vero apud hoſtes ff.* ad *Tertulian. defendunt Geurb. de feud.* §. 2. *gloſ.* 4. *n.* 50. *&* 54. *Roxas de incompat. p.* 5. *cap.* 3. *n.* 67. *eleganter Cyriac. contr.* 205. *n.* 74. *& ſeqq. & in caſu ſupradicto Matute. d. diſquiſit. legal.* 36. *n.* 54. *verſ.* etiam ſi ob hoc factum bona fuiſſent in alium translata.

26 Et idem procedit, quando inſtitutor dicit, quod ſucceſſio continuetur gradatim, *de grao em grao*, quod idem eſt quod de proximo in proximum, vel de proximiori in proximiorem, quia tunc ordine ſucceſſivo continuanda eſt in ſequenti in gradu, ut tradunt *Decian. conſ.* 31. *n.* 110. *vol.* 1. *et conſ.* 9. *n.* 41. *et conſ.* 24. *n.* 4. *vol.* 4. *Caſtilh. lib.* 5. *cap.* 93. §. 12. *per tot. Menoch. conſ.* 328. *n.* 29. *optime Alexand. conſ.* 49. *n.* 8. *lib.* 1. *Peregr. de fideicom. art.* 21. *n.* 9. *et* 10. *Mier.* 2. *p. de maiorat. q.* 6. *n.* 350. *et* 351.

Et verba ſequens in gradu & de gradu in gradum comprehendunt *Menoch. lib.* 4. *præſ.* 91. *n.* 7. *Valenſ. conſ.* 185. *n.* 27.

## CAP. LVI.

Si aliquis in inſtitutione ſeu maioratus in favorem familiæ relicti, includat in ſucceſſione ſecundo genitum, ex tribus pluribus ve filiis alicujus omittens primogenitum, tertio genitus, & ceteros fratres; poſtea que eveniat, quod ſecundo genitus decedabat abſque deſcendentibus, ſupereſtite primogenito, & tertio, vel quarto, vel quinto genito, vel eorum prole: qui dicantur incluſi, vel excluſi, & an ſucceſſio maioratus retrocedere debeat ad lineam ſuperiorem, ſeu anteriorem primogeniti, quæ fuit omiſſa; vel ultra procedere debeat ad lineam ſequentem, filij tertio, vel quarto geniti ſuo ordine, & quis dicatur in hoc caſu incluſus vel excluſus; & quid ſi in linea ſequenti, filij, tertio vel quarto, vel quinto geniti, non extet niſi fæmina ſecundo genita, & primogenitus, interquos ſit controverſia, & quid

quid in caſu omiſſo, quando tempore inſtitutionis natus erat quartus filius & tertius fuit vocatus, & poſt illius mortem ſecundus, & poſt illorum obitum abſque deſcendentibus vocata fuit filia & omiſſus fuit quartus; an iſte omiſſus cenſeatur vocatus & conprehenſus, an vero fæmina vocata dicatur ſi non per nomem proprium, ſed appellativum ratione ſexus invitata fuit, ad ſucceſſinem.

## *SUMMARIUM.*

*Primogenitus habet règula pro ſe, ad hoc ut ſuccedat. n. 1.*

*Qui habet regula pro ſe ſatis intententionem ſuam fundatam habet, donèc exceptio, vel limitatio expreſſe probetur. n. 2.*

*Mortuo ſecundo genitu ſine filiis reintegratur ſucceſſio in primo genito quaſi jure poſt liminii. n. 3.*

*Si inſtitutus ſit maiorotus in filio ſecundo, & ſit vocatus, excluſò primogenito ad maioratus ſucceſſionem evitatur, & tunc ſecundo genitus, & tertio genitus primogenitum à maioratus ſucceſſione excludet. n. 4.*

*Vocatio ſecundo geniti habet explicitam excluſionem primogeniti, & ejus liniæ. n. 5.*

*Non poteſt ſucceſſio tranſire ad aliam lineam, quouſque deſſiciant omnes deſcendentes ſecundo geniti. n. 6.*

*Maioratus conſtitutus in ſecundo geto, determinatur ſecundum regulas conſtitutas, in primo genito. n. 7.*

*Secundo genitus habet regulam pro ſè in maioratu ſecundo genituræ ſicut in primo genitu æ primo genitus. n. 8.*

*Voluntas teſtatoris ut obſervetur, primum locum abtinet in ſucceſſionibus. n. 9.*

*Voluntates teſtatoris poſſunt ſtare in ſuſpenſo n. 10. & ibi ratio verbum quandocunque omne tempus comprehendit. n. 11.*

*Teſtator reſpicit ad futurum. n. 12.*

*In ſucceſſionibus vacantis, tempus inſpiciuntur. n. 13.*

*Succeſſio in ſuſpenſo, & in pendenti eſſe nequit. n. 14.*

*Ad verbium illico abſque temporis dilatione inteligitur. n. 15.*

*Ex voluntate teſtatoris maxime effectus diſpoſitionis pendet. n. 16.*

*Si poſt contraventionem naſcatur is ad quem pertinebat ſucceſſio poteſt eam intentare, & peterè quod declaretur ad ſe pertinere, & præciſe obtinebit n. 17.*

*Caſus in quo dies alienationis, & mortis æquiparantur. n. 18.*

*Primo loco ſuccedere debent nominati, & jam inferioris gradus. n. 19.*

*Invocatione deſcendentium filiorum filij junioris, cenſetur vocatus pater ſi tempore ſucceſſionis vivit. n. 20.*

*Quoties aliqui vocantur ſpecialiter, non ideo videntur excluſi cæteri qui à lege vocantur. n. 21.*

*Proviſio in uno caſu facta, extenditur ad aliud. n. 22.*

DE his quæſtionibus pro una, & altera parte multa tradit *Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 8. n. 12. & ſeqq.* ubi multos DD. refert & quam plura fundamenta allegat & quæſtiones optimis rationibus reſolvit; *& 4. p. cap. 1. n. 87. & ſeqq. Luca art. 9. n. 43.* Sed nos aliqua in

in materia dicemus, & in primis eſt videndus *Aguila ad Roxas d. p. 2. cap. 8. n. 2. & ſeqq.* ubi eleganter reſolvit quæſtionem ad favorem primogeniti, niſi aliud ex voluntate teſtatoris colligatur & per tot ad multas quæſtiones de qua re idem *Roxas d. cap. 8. n. 12. & ſeqq. Olea in add. ad tit. 3. q. 4. n. 7. pag. 48.*
1 *& 49.* Et merito ita reſolvit, quia primogenitus habet regula pro ſe ad hoc ut ſuccedat *cap. 1. de nat. ſucceſſ. feced. Molin. de primog. lib. 3. cap. 1. n. 1. & ſeqq.* & ibi *Add. Caſtil. lib. 5. cap. 67. n. 28.*

2 Et qui habet regula proſe ſatis intentionem ſuam fundatam habet, donec exceptio vel limitatio expreſſe probetur *L. illud Cod. Sacroſ. Eccleſ. Valenſ. conſ. 97. n. 218. Pinel. in L. 1. Cod. bonis matern. 3. p. n. 23. Gut. pract. lib. 3. q. 4. n. 13. & q. 76. n. 8.*

3 Atque ita mortuo ſecundo genito ſine filiis reintegratur ſucceſſio in primogenitu quaſi jure poſt liminij *Molin. de primog. lib. 1. cap. 6. n. 22.* & ibi *Add. Mier. 2. p. q. 64. n. 4. Caſtil. tom. 5. cap. 143. §. unic. n. 15. & 16.*

Unde provenit quod ad hoc ut excludatur primogenitus, a ſecundo genito, & tertio genito, non alias obtinere poterit, niſi ad juris communis derogationem expreſſam oſtendat diſpoſitionem aut tacitam deductam ex conjecturis & rationibus, quod evidens & clarum ex eis reſultet ut multis tradit in ſpecie *Caſtil. tom. 6. contr. cap. 180. n. 16. & 17. & cap. 181. & cap. 178. n. 2. Valenſ. conſ. 113. n. 64. & conſ. 69. Geurb. de feud. §. 2. gloſſ. 6. n. 11. Rolend. conſ. 59. n. 49. Mier. 2. p. q. 44. n. 3. & 4. Idem Caſtil. cap. 169. n. 1. & 3. Molin. lib. 3. cap. 2. n. 28.* & ibi *Add. Vella diſſert. 49. n. 46.*

Tunc enim ſi inſtitutus ſit maioratus in filio ſecundo & ſit vocatus, excluſo primogenito ad maioratus ſucceſſionem evitatur, & tunc ſecundo genitus & tertio genitus primogenitum à maioratus ſucceſſione excludet, ut inquit *Molin. de primog. lib. 3. cap. 2. n. 28. Mantic. de conjectur. lib. 2. tit. 10. n. 8. Caphal. conſ. 681. n. 3.* Ubi etiam quando dicatur maioratus ſecundo geniture *Valenſ. conſ. 69. n. 1. Caſtil. cap. 160. n. 2. verſ. primogenitus Molin. lib. 3. cap. 2. n. 28.* & ibi *Add. Mier. 2. p. q. 4. illut. 8. n. 25.* Probatur etiam ex doctrina *Bart. in L. 2. §. ſed videndum ff. ad Tertul.* ubi quod vocatio ſecundo geniti habet implicitam excluſionem primogeniti & ejus liniæ *Cæptul. conſ. 638. n. 35. vol. 5. Alciat. reſponſ. 102. n. 10. ibi:* Tamen eſt prædilectus, cum ea qualitate quod ſit ſecundo genitus eorum, ut tunc ſunt, quæ qualitas cum non adſit votiatur diſpoſitio, eleganter *Ripa de ſecund. nupt. n. 7. & 8. Mier. de maior. p. 2. q. 4. illat 8. n. 334. & rationem præſtat. Larr. dec. 51. n. 16. & 17. Caſtilh. lib. 3. cap. 15. n. 16. Maſtril. dec. 266. n. 30. verſ. his tamen tom. 3. Theſaur. q. forenſ. cap. 34. n. 6. Menoch. conſ. 97. n. 90.* ubi etiam quando dicatur maioratus ſecundo genituræ de qua re etiam *Add. ad. Molin. d. n. 28. & lib. 1. cap. 1. n. 22. verſ. nec definitio Caſt. cap. 178. & n. 15. & cap. 180. & maxime n. 7. Lar. dec. 51. & 52.*

Et tunc filiis primogeniti, etiam ejus deſcendentes excluſi cenſentur, neque admiſſi poſſunt, neque etiam ſecundo geniti, aut filij ſecundi vocatio, in filio ſecundo ejuſdem filij, aut etiam ulterioris poſſeſſoris maioratus verificari, ſed proprie & vere in filio ſecundo inſtitutoris, aut poſſeſſoris ejus verificabitur

bitur *Caſtil. tom. 6. contr. lib. 5. cap. 178. per tot. & n. 2. verſ. multum Late Robles de repræſ. lib. 2. cap. 6. n. 3. & cap. 30. n. 18. & lib. 2. cap. 4, & ſeqq. de ratione Lar. dec. 51. n. 41. ad fin. Roxas de incomp. maior. 8. p. cap. 7. n. 17. Mier. 2. p. q. 6. n. 70.*

6 Et non poteſt ſucceſſio tranſire ad aliam lineam quouſque perficiunt omnes deſcendentes ſecundo geniti *Roxas proxime optime Caſtil. lib. 5. cap. 178. n. 8. & 11.*

7 Maioratus enim conſtitutus in ſecundo genitu, determinatur ſecundum regulas conſtitutas in primogenito *Mier. 2. p. q. 4. illat 8. n. 334. Salzed. de repræſ. lib. 2. cap. 6. n. 5. Caſtil. d. cap. 178. n. 11. Molin. d.*

8 *cap. 2. n. 28.* quare ſecundo genitus habet regulam pro ſe in maioratu ſecundogenituræ, ſicut in primogenitura primogenitus *Caſt. d. cap. 78. n. 10. ad fin. & n. 11.* & exiſtis DD. proſequi poteris quæ hic deficiunt quia ab illis & ab *Aguil. ad Rox.* optime reſoluta ſunt, & quando in omni tempore, vocatur ſecundo genitus ubi primum naſcatur ſuccedere debet licet ſit natus poſt ſucceſſionem ab alio ocupatam ex ſeqq. fundamentis.

Primum quia cum ſit voluntas expreſſa fundatoris, quod quilibet tempore, quo naſcatur ſecundo genitu poſſidentis bona maioratus, ſtatim in eum ſucceſſio transferatur licet antea vacaverit maioratus, nul-

9 lum eſt inconveniens, quod ad hoc, ut obſervetur voluntas (quæ in ſucceonibus primum locum obtinet, *L. in conditionibus ff. de cond. & monſtr. L. cum ita legatur. §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. L. 27. & 40. Taur. & dict. L. 45. ibi: Parſe a aquel, que ſegun la diſpoſicion del Mayorazgo huviere de ſucceder*, ſit in ſuſpenſo donec adimpleatur conditio pervocatorum nativitatem, ſic deducitur ex *L. ex facto ff. de vulg. L. non ſint in principio, Cod. de bon. quælib. L. in ſubſtitutione 31. ff. de vulg. ibi*: Placuit prudentibus, ſi quandocunque hæres fuiſſet, *L. ſi quis hæredem. 7. Cod. de ſubſtit. ibi*: Sancimus quandocunque completa fuerit conditio, ſive mortus tempore, ſive poſt mortem conditionem videri eſſe completa, & reddit rationem *Imperator §. ſequenti dictæ L. ſiquis hæredem, his verbis*: Quod in legatis, & fideicommiſſis, & libertatibus obtinendum eſſe cenſemus, ne dum nimia utimur circa hujuſmodi ſenſus ſubtilitate, judicia teſtantium defrauduntur.

*Tenent. Bald. in L. Peto §. fratre in fine ff. de leg. 2. Guilberm. Benedict. in cap. Rainuntius verbo, & ſoboles, de teſtam. Joazeſ. in L. filius familias, §. divi, n. 589. ff. de leg. 1. Tiraq. de retractu Lignag. §. 1. Gloſ. 2. n. 83. Fachin. lib. 8. contrav. cap. 4. per tot. Raudenſ. de analog. lib. 1. cap. 34. n. 320. cum ſeqq. Petra de fideicommiſſ. q. 11. n. 552. Socin. ſen. conſ. 19. n. 5. Menoch. conſ. 97. n. 79. Boer. dec. 172. n. 6. Magon. dec. Florent. 91. n. 21. Franch. dec. 179. n. 20. Guid. Pap. dec. 311. n. 2.*

Optime *Farin. dec. 593. n. 3. tom. 2. in noviſſim. ibi*: Non eſt inconveniens, quod dominium bonorum alienatorum, ſive jus ſucceſſionis remaneat in ſuſpenſo, quia reſpondetur, id non eſſe abſurdum ſubſiſtente aliqua cauſa, præſertim, quando conſtat de voluntate teſtatoris.

*Perigr. de fideicommiſſ. art. 22. n. 73. ibi*: Nec obſtat, quod defunctorum voluntates non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, nam id procedit, cum non conſtat de voluntate teſtatoris, nempe ex ejus voluntate.

*Fuſar.*

10 *Fuſar. de ſubſt. q. 318. n. 79. ibi*: Non obſtat principale fundamentum hujus opinionis, quod defunctorum voluntates non poſſunt ſtare in ſuſpenſo, nam reſpondent alij, quod voluntates poſſunt ſtare in ſuſpenſo, cum ſeparatur ſuſpenſionem ceſſare; veluti per nativitatem filiorum naſcendorum ex ſpe probabili, & quando conſtat de voluntate teſtatoris, qui vult ſtare impendenti.

Et in explicatione *dict. L. 45. Taur. non obſtantis verbis illis: Luego paſſe, deffendit eleganter Sanè Pater Molin. de juſtit. et jur. diſput. 634. col. 11. verſ. ad ſecundum ibi.* Ad ſecundum dicendum eſt, nullum eſſe abſurdum, ſi dominium maioratui ſit etiam aliquando impendenti; id enim poteſt ſtatuere maioratus inſtitutor, ſi voluerit, appponendo conditionem, quæ vere ſuſpendat ſucceſſionem.

Et ex *Gregor. Lop. in L. 7. tit. 4. p. 5. tenent. Mier. de maiorat. 2. p. q. 4. illut. 8. Pater Thom. Sanch. de matrim. lib. 7. diſput. 91. Caſtilh. lib. 5. controv. cap. 91. n. 48. verſ. conſiderandum, ejus verba refert Gabr. de metu. lib. 2. cap. 9. n. 28. uſque ad 42.* quæ licet notabilia ſatis ad propoſitum ſunt, ne videar moleſtus, ſilentio omittore deſtinavi. Quorum doctrina convenit, & adequatur præſentis caſui, ex quo reſultat clara, & notiſſima fundatoris voluntas, ad hoc, ut ſi ex poſt facto ſecundogenitus naſceretur in quo maioratus deſtingui poſſent in cum hic tranſiret, ut patet ex inſtitutionis verbis.

Ex quibus manifeſte, & aperte deducitur fundatoris intentio, quod etiam ſi poſt conjunctionem maioratuum naſcatur ſecundo genitus, præferatur in hoc maioratu, ibi: *Por maneira que em qualquer tempo, & concludit, ſera obrigado a deixalo à ſeu filho ſegundo, em qualquer tempo que o ouver*, ubi notatur verbum illud, *em qualquer tempo*, latine quandocunque, omne tempus 11 comprehenderis, *DD. in L. Centurio. ff. de vulg. L. precibus Cod. de imp. L. Julianus ff. de leg. 3. C. ſolite, de maiorat. et obed. Felil. in C. cum acceſſiſſet, de conſtit. Hond. conſ. 55. n. 42. lib. 2. Menoch. conſ. 399. Surd. conſ. 460. Gard. Tuſch. lit. D. concl. 339. n. 2. Barb. dict. 308. n. 1.*

Taliter, ut cùm de filiis poſtea naſcituris cenſerit nihil dubij eſt, quod potuerit ex voluntate ejus eſſe in ſuſpenſo ſucceſſio dicti maioratus, *ex d. L. in ſubſtitutione, et L. ſiquis hæredem, et aliis juribus adductio ſupra Socin. Jun. conſ. 172. lib. 2. n. 3. Pariſ. conſ. 71. lib. 4. n. 8. Peregrin. conſ. fin. verſ. quod igitur. Petra de fideicommiſ. q. 11. n. 582. Guid. Pap. dec. 511. n. 2. Franch. dec. 139. n. 20.*

*Surd. conſ. 125. n. 41. his verbis*; Prædicta quoque deſerviunt pro reſponſione circa quintum fundamentum, quia, & ſi jure debeat quis eſſe habilis, & aparet ſucceſſionis tempore teſtamenti, mortis teſtatoris, & conditionis purificatæ, tamen hoc non procedit quando conſtat de voluntate teſtatoris, prout conſtat in præſenti caſu in quo teſtator vocavit naſcituros ſubſtituendo filios ſororis, qui tunc non ſtabant, cum enim vocati fuerint naſcituri; illi ſuccedere debent, quandocunque naſcantur, ſive ante, ſive poſt eventum conditionis.

*Magon. d. dec. Flor. 91. n. 21. ibi*: Præterea ceſſant contraria, quando de contraria mente teſtatoris apparet, ut cogitaret etiam de filiis filiorum naſcituris, ut id factum apparet. Et infra: Unde quandocun-

que

que eorum alteri inſtitutorum filij naſcerentur, portio partis illis per-
12 tinet, quia teſtator reſpercit etiam ad futurum; *Fachin. lib. 4. controv. cap. 88. verſ. ad quintum fin.*

Et in maioratu, diſtinguens intervocationes limitatas vacantis temporis, ubi procedit regula, ſive à contrario, ſi reſpiciunt ad tractum ſucceſſivum, quod in quolibet tempore, quo vereficetur voluntas, obſervari debeant, etiam ſi, ex poſt facto naſcantur vocatus ad hoc ut is obtineat, defendunt *Pater Molin. d. diſp. 634. qui quæſtionem proponens, à n. 5. cum Mol. lib. 3. cap. 10. n. 15. & 25. ita concludit.* Nihil omnibus quando contrarium ſignificant, & perſuadent verba teſtatoris, ut in exemplo propoſito, utique contrarium erit dicendum, nec id pugnat, cum natura maioratuum Hiſpanorum, quibus non repugnat ad tempus eſſe in ſuſpenſo, præſertim quando id ita voluit, ac inſtituit inſtitutor, *lex autem 45. Tauri inteligenda eſt*, ſi in rerum natura jam exiſtat vocatus, nec vocatus ſit ſub conditione aliqua pendenti in futurum tempore delationis maioratus *Alexand. Raudenſ. de analogiis d. cap. 34. a n. 118. Theſaur. q. forenſ. lib. 3. cap. 84. n. 8. Caſt. d. lib. 3. cap. 91. n. 43. & 48. verſ. Hactenus Cabr. de Metu. dicto cap. 9. a n. 29. cum ſeqq.*

Quod procedit non ſolum in hac noſtra ſpecie, ubi voluntas eſt manifeſta, quod ſint vocati ſecundo geniti quandocunque extiterint, verumetiam, quando per conjecturas induceretur, ex *L. licet Imperator ubi Bart. ff. de legatis 1. L. ſiquis locuples ad fin. ff. de manumiſ. teſtam. L. cum probatur in fin. L. qui ſolidum §. 1. ff. de legat. 2. L. Titius §. 1. ff. de lib. & poſthum. L. 28. tit. 9. p. 6. verſ. otro ſi deſimos, Mier. de maiorat. 2. p. in princip. n. 21. & q. 6. n. 164. ibi*: Et eſt advertendum in verbis *legis 4. Taur. ibi ſalvo ſi otra coſa ſe huviere diſpueſto.* Quod voluntas expreſſa dicitur, quæ ex conjecturis colligitur.

Et in terminis in favorem poſtea natorum *Pariſ. conſ. 71. lib. 4. n. 8. Peregr. conſ. fin. n. 4. verſ. quod igitur. lib. 5. Fuſar. de ſubſtit. q. 318. n. 92. Theſaur. d. q. 84. n. 12. lib. 3. Caſt. d. cap. 91. a n. 43. & tandem. n. 48. ſic.* Nem impendenti eſſe poteſt ex voluntate, præſumptaque inſtitutoris mente.

Rurſus alio probatur fundamento abſque ſatisfactione, meo videri, quia præſupoſito quod in ſuſpenſo ſucceſſio eſſe ex voluntate teſtatoris, quæ in noſtro caſu, ut probatum manet, clara exiſtit, queat, maiorotus conſtitutus in ſecundo genitis determinatur ſecundum regulas conſtituti in primo genitis *Socin. conſ. 47. n. 12. lib. 3. Decian. conſ. 7. n. 52. lib. 1. & in terminis Mier. de maiorat. 2. p. q. 4. illat. 8. n. 334.* & primo genitus primo loco vocatus nativitatis tempore, propriam lineam conſtituit, & eo ipſo alios quoſcunque excludit, qui minime admitti poſſunt, quouſque omnes à primo genito deſcendentes deficeant, nec ad aliam lineam tranſitus fieri poteſt, alioquin per lineam rectam non ſuccederetur, *cap. 1. de natur. ſucceſ. feud. ibi*: Ad ſolos, & ad omnes, qui ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit, & ibi. Sed omnibus ex hac linea deficientibus, & omnes aliæ liniæ æqualiter vocantur, *Gutier. conſ. 13. n. 13. & 14. & lib. 3. pract. q. 67. a n. 17. & q. 68. n. 20. Pich. poſt principium inſtit. de hæredit. quæ abinteſtat. deferunt. §. 3. de repreſentatione n. 22. 26. 29. & 36. & cum Dician.*

Beccio;

*Beccio*; *Surd. & aliis Salced. de repræſent. lib. 3. cap. 4. n. 9. qui n. 10. procedere ait.* Etiam ſi alius reſpectu fundatoris proximior ſit, & plures in comprobatione allegat, & eſt *text. in L. 2. tit. 15. part. 2. Govarr. pract. cap. 38. n. 12. Molin. d. lib. 3. cap. 4. n. 14. & cap. 6. a n. 30. Mart. de ſucceſſ. legali lib. 1. q. 2. art. 2. n. 29. Rot. apud Farin. dec. 627. a n. 5. Valenſ. conſ. 97. n. 13. & 14. Caſt. d. lib. 5. cap. 92. n. 35. Larr. dec. Gran. 54. n. 5.* Cum ergo inveniatur ſecundo genitus ex linea ſecundo geniti, naſcens non ſolum ſe incluſit ſed alios quoſcunque alterius liniæ excluſit, ad quam tranſitus fieri nequit, quouſque deficiat dicti ſecundo genitus, & omnes in infinitum ejus deſcendentes, *Salced. d. lib. 2. cap. 6. n. 5. quam ſententiam amplexatur Caſtill. tom. 6. quotid. cap.* 178. ab contraria ſequentium faciunt quod cum ſecundo genitus de latæ ſucceſſionis tempore non inveniretur, is ſuccedere poſt modum
13 natus non potuit, quia in ſucceſſionibus vacantis tempus inſpicitur, & attenditur, *L. intervenit. ff. de legat. præſtand. L. ſi cognatis; ff. de reb. dub. L. 1. §. ſecundo L. titius ff. unde legit. L. 1. §. ſiquis proximior. ff. unde cognat. Bellamer. dec. 723. Tiraquel. de primog. q. 80. Alberic. L. cum pater. §. hæreditatem ff. de legat. 2. Alciat. omnino vidend. conſ. 105. n. 8. lib. 9. & in leg. proximus n. 5. ff. de verb. ſign. Rip. reſp. 1. n. 16. de inſtit. & ſubſtit.*

14 Secundo quia ſucceſſio in ſuſpenſo, & impendenti eſſe nequit *L. final. ad Calcem. ff. comm. prædior. præcipue in maioratibus ex L. 45. Taur.* ibi: *Muerto el tenedor del maioraſgo, luego ſin otro acto de aprehenſion de poſſeſſion, ſe traſpaſſa la poſſeſſion civil, & natural en el ſiguinte engrado:*
15 *quæ lex utitur, verb. luego.* Latine illico, quæ abſque temporis dilatione intelligitur, *L. idem. §. ſi cui mandavero, ff. mandat. L. litigatoribus ubi Gloſ. verbo illico, Cod. de appellat. L. ſiquis in tantam Cod. unde vi. Menoch. de recuperand. rem. 1. n. 252. Barb. dict. 149. n. 1.*

Ex quibus *Molin. de Heſpan. primog. lib. 3. cap. 10. per tot.* poſt quam diſputavit late pro utraque parte quæſtionem hujus caſus reſolvit in favorem nati delationis maioratus tempore & contra ex poſt facto natum, quem ſequuntur *Didacus Peres in L. 1. tit. 6. lib. 1. Ordinamenti, pag. 138. verſ. probatur etiam Palat. Rubiuſ. in repitit. rubr. §. 76. n. 33. Ruder. Suar. alleg. 27. n. 13. ibi*: Unde nimirum ſi ſtatim admittatur ſubſtitutus cum non poſſet hæreditas ſtare in pendentis *Mier. de maiorat. 2. p. q. 6. n. 35. Alvarad. de conjectur. mente teſtator. lib. 2. cap. 3. n. 13. & n. 102. Per. de lar. de Capellan. lib. 2. cap. 9. n. 59. Gratian. cap. 218. n. 72. Flor. de men. in addition. ad Gam. dec. 27. Everard. conſ. 5. n. 21. Alciat. conſ. 119. lib. 9. in caſu machionatus de la Adrada & maioratus comeſtabili D. Alvari de Luna. Pater Molin. de juſt. & jur. diſp. 634. Hæctor Amilius de jur. feud. cap. 81. plures congerens Molin. Addiction. d. lib. 3. cap. 10. a n. 1. uſque ad 44. qui verſ. verum ait*: Quod hæc eſt receptior ſententia judicando, & conſulendo, tenenda, & in comprobationem verſ. ampliatur, addit; quod ſi ex fundatione Cappellaniæ debeatur actu præſentari Sacerdos, & proximior conſanguineus, ſi tempore præſentationis adſit Sacerdos remotior, ille debet præſentari, & præferri alij proximiori, etiamſi ante inſtitutionem efficiatur Sacerdos.

Sed his non obſtantibus optima reſolutio in favorem ſecundo geniti eſt amplectenda, quia contraria procedunt,

cedunt, quando non datur voluntas inſtitutoris, ad hoc ut quandocunque primo genitus naſceretur ſuccederet, in eo namque caſu in ſuſpenſo donec adimpletur conditio, provocatorum nativitatem ſucceſſio eſſe valet, quod ad eo verum eſt, ut nullius Doctorum, qui ſequuntur *D. Molin. videtur contrarius in caſu voluntatis, ut videre eſt per illos; nam Greg. Lop. in L.* 10. *tit.* 31. *p.* 3. *gloſ.* 6. Loquitur generaliter, & abſque eo, quod moveat voluntatis quæſtionem referens *Roman. conſ.* 134. qui in favorem noſtræ reſolutionis reſolvit ait, quod illius fundamenta, & rationes ſunt multum urgentes.

Et *Mier.* 2. *p. q.* 6. *n.* 35. *in prima adictione & n.* 148. *in ſecunda Didacus Perez. in L.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *ordinamenti*, *Palac. Rub. in rubr.* §. 66. *n.* 33. qui loquuntur in feudis, generice id faciunt, idemque *Rodr. Suar.*

*Lara lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 59. *Gutierr. conſ.* 1. *n.* 15. *Grat. cap.* 288. *n.* 72. *Azeved. conſ.* 9. *n.* 25. *Cevall. q.* 678. *n.* 25. *tractant. de Capellaniis*, nec voluntatis movent quæſtionem.

*Alvarado de conjectur at lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 13. genericè depuncto ſucceſſionis agit & *n.* 102. *verſ.* ſi vero, pronato poſt contraventionem, reſpondet licet in alium poſſeſſio translata fuerit.

Unde in ſpecie individuali, quando aſſiſtit fundatoris voluntas nullum vidi Doctorem contrarium tenent nec videtur eſſe ipſemet, *Molin. d. cap.* 10. quinimum in hanc inclinat partem *ſub. n* 35. ſicque explicat ejus Additionator in contrarium adduc-
16 tus ex Patre *Mol. diſp.* 634. *ibi.* Dicens, quod ex voluntate teſtatoris maxime effectus diſpoſitionis pendet, ut comprobat A. *ſup. n.* 31. *D. Caſtill. dict. cap.* 91. *n.* 43. *in medio, ibi.* Sed et ipſe Molina qui adeo conſtanter tuetur veriorem ſententiam eſſe, ut is qui tempore mortis, ubi ita poſſeſſione proximior in maioratu irrevocabiliter ſuccedere debet, adeo, ut ſi ex poſt facto alius proximior inveniatur, ſucceſſio non ſit ab illo avocanda, agnoſcit expræſſe *dict. cap.* 10. *lib.* 3. quod quanvis proximitas eorum delatam ſucceſſionem naſcuntur attendi non debeat, ut ipſe in maioratu ſuccedere, & ſucceſſionem avocare poſſint, attamen quod attendenda ſit, quando ex voluntate teſtatoris aliud appareat, depræhendi ve poſſit, tunc namque etiam non nati, neque concepti tempore dilatæ ſucceſſionis præferri debebunt.

Præterea quæſtio poropoſita per *D. Molin. d. cap.* 10. *lib.* 3. eſt quando maioratus ſucceſſio delata eſt per ultimi poſſeſſoris mortem, tunc enim ex vi verborum *L.* 45. *Taur.* ibi: *Muerto el tenedor luego paſſa* & ex *L. final. ff. comm. prædior* non debere eſſe in ſuſpenſo ait, at quando ſucceditur, non per ultimi poſſeſſoris mortem, ſed per ejus contraventionem, alienationem, ſeu aliam ſimilem cauſam, vel uti in præſenti, utrum hi maioratus ſin in compatibiles, & caſu quo ſimul in uno poſſeſſore concurrere non valeant, requiritur ſententia declaratoria, & condemnatio ad reſtitutionem unius ei, qui verus ſucceſſor declaratus fuerit, ſic notant *Gregor. Lop. in L.* 7. *tit.* 4. *p.* 5. *q.* 7. *Matiene in L.* 8. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilat. Paz detenuta cap.* 29. *per tot. Valenc. conſ.* 69. *n.* 200. *per tot. Pater Molin. diſp.* 279. *n.* 3. *Alvar. de conject. lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 43.

Tuncque omnes fatentur, quod etiam ſi poſt contraventionem naſ- 17
catur is, ad quem pertinebat ſucceſſio, poteſt eam intentare, & petere,

re, quod declaretur ad ſe pertinere, & præciſe obtinebit, ut interminis tradunt *Caſtrenſ. conſ.* 24. *n.* 8. *&* 9. *lib.* 1. *Ruin conſ.* 22. *lib.* 2. *Peregr. de fideicommiſſ. art.* 22. *n.* 75. *Coſta de retro tract. lib.* 2. *cap.* 7. *Mart. de ſucceſſ. legall p.* 1. *cap.* 22. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 318. *& n.* 107. *& ex noſtris Molin. d. cap.* 10. *n.* 44. *verſ.* ſed quanvis, & reddit rationem ſic: Quod exeo præſertim probatur, quod quanvis verum ſit, quod in hoc caſu dies alienationis, & dies mortis ultimi maioratus poſſeſſoris æquiparentur, id tamen ſequentis ſucceſſoris petitionem, atque Judicis declarationem requirit, *Flor. demen. ad Gam. dec.* 27. *Robles de Salzed. de præſent. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 28.

*Alvarad. d. lib.* 2. *cap.* 3. *in fin.* cujus mirabilia ſunt ad propoſitum verba: Si vero tempore alienationis (inquit) rerum maioriæ proximior Titius erat ultimo poſſeſſori, ſed naſcatur Sempronius, qui illum antecedit in linea, & gradu, licet verum ſit quod hoc caſu in ſucceſſio-
18 ne maioriæ dies alienationis, & dies mortis æquiparentur, ut fatentur omnes qui de hac re loquuntur: nihilominus quia judicis declaratio requiritur poſtulante Titio priori loco nato, & æquitas ſuggerit proximior poſtea ante vendicationem, & declarationem iſtam natus puta, Sempronius admittendus eſt *Caſtil. d. cap.* 99. *n.* 55. *& alii.*

Quod abſque contraditore procedit, quando poſt alienationem, ſeu contraventionem allius ſucceſſor ad ſe ſucceſſionem pertinere declarari non petivit, nec bona ei dari juſſa ſunt; ut advertunt *Petr. de fideicomiſſ. q.* 11. *n.* 585. *Molin. d. cap.* 10. *n.* 44. *verſ.* ſed quanvis.

Quid autem dicendum ſit in caſu omiſſo, & quando tempore inſtitutionis erat natus quartus filius, & tertius fuit vocatus, & poſt illius mortem ſecundus, & poſt illorum obitum abſque filiis, vocata fuit filia ordine quinta & omiſſus fuit quartus: an iſte omiſſus cenſeatur vocatus, & compræhenſus; an vero fœmina vocata dicatur, ſi non per nomen proprium ſed appellativum ratione ſextus invitata fuit ad ſucceſſionem conſultus fuit in una inſtitutione & maioratus erectione forma ſeq.

*E tanto que ſeu filho Paulino chegar a tomar caſa, ou a emanciparſe ou a dita ſua mãy cazar, ou falecer em cada hum deſtes caſos logo o dito Paulino ſuccedera neſte morgado, e havendo filhos ou deſcendentes do dito Paulino, ſuccedera o filho mais velho, e em falta delle a filha mais velha, e faltando deſcendentes do dito Paulino em tal caſo ſuccedera o filho macho mais moſſo do dito meu ſobrinho, e havendo deſcendentes deſte ſegundo filho, ſuccederaõ como eſtá declarado ſobre os deſcendentes do dito Paulino, e faltando os deſtes dous, entaõ ſuccederaõ os deſcendentes do outro filho mais moſſo do dito Antonio Madeira, e faltando deſcendentes dos filhos entraraõ as filhas ou ſeus deſcendentes entrando ſempre a mais velha*; & reſolvi maioratum pertinere ad quartum filium maſculum licet omiſſum, & non ad fœminam vocatam ratione ſexus ex *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 1.

Nam licet videretur dicendum omiſſum non ſuccedere, ſed tantum vocatum, (quia primo loco ſucce- 19
dere debent nominati etiam inferioris gradus, ut in *L. cum ita legatur* §. *in fideicomiſſo ff. leg.* 2. *de qua Roxas de incomp. p.* 1. *cap.* 8. *n.* 29. *&* 30.

Nihilominus tamen, in noſtro caſu non fuit vocata fœmina ſpecialiter nomine proprio, ſed tantum nomine appellativo, poſt extinctis deſ-

cendentibus filiorum AntoniiMadeira ut patet ex verbis, *e faltando deſcendentes dos filhos entrarão as filhas*, & non loquitur reſtricte per verba *deſtes filhos nomeados*, ſed ſimpliciter *dos filhos*, & cum exiſtat quartus filius Antonii poſſeſſor debet ſuccedere, quia eſt filius Antonii, & ut junior eſt vocatus ut patet ex verbis ibi: *e faltando o filho mais moſſo* & ibi: *os deſtes dous então ſuccederão os deſcendentes do outro filho mais moſſo do dito Antonio, Madei-*
20 *ra* & in iſta vocatione deſcendentium filiorum filiis junioris cenſetur vocatus pater ſi tempore ſucceſſionis vivit ut ex *L. unum ex familia §.in fideicommiſſo ff.leg.1.tradit Barbat de fideicommiſſ.p.1. cap. 4.& inſpect. 4 Doctiſſ. Aquil.ad Roxas de in comp.p.1.cap.6.n.269. verſ.* comprobat licet alios referat in contrarium.

Et cum frater maſculus à lege vocetur ad ſororis excluſionem; quanvis quarti filii omiſſio inveniatur non eſt inductiva excluſio-
21 nis illius, imo quoties aliqui vocantur ſpecialiter, non ideo videntur excluſi cæteri qui à lege vocantur *Mier de maior. 2.p. q.6. num.* 480. *Aquil. ad Rox. p.1. c.8.n.4. & 5.*

Neque in hoc caſu obſtat omiſſio, quia quando caſus omiſſus, eſt ſimili expreſſo, & habet eundem effectum, & non eſt veroſimile quod ſi de caſu omiſſo cogitaſſet, teſta-
22 tor non expreſſiſſet, tunc enim proviſio in uno caſu facta extenditur ad aliud *Capon. diſcept.* 205.*cap.2.n.11. & ſeqq.exornat Doctiſſ. Aquil.ad Roxas de incomp.p.1.c.8.n.42.& ſeqq.*

Maxime quando non conſtat de odio inſtitutoris reſpectu quarti filii, ex quo tantum receditur à regula ſucceſſionis maioratus ex dictis *à Roxas de incomp. maior. p.1. cap. 8.n.32.* & ibi *Aquil. in ad. n.* 26.& ideo ex dictis in principio capitis ſtandum eſt pro regula ex qua ſuccedit maſculus excludit fœminam ſororem ex *d. tit.* 100. §. 1. & ita conſului,& ita agnovit ſoror, quia in tanti temporis & 30.ann. curſu nihil oppoſuit contra fratris quarti maſculi poſſeſſionem, & minus tempus ſufficit, ut una linea præſcribat contra aliam ut diximus in comment ad *Ord.tom.9. ad tit. 33. n.432.& in tract.de maior. erect.cap.9.n.416.& ſeqq.* & quod tranſitus temporis in hoc caſu noceat ſucceſſori maioratus poſt longam diſputationem tradit *Doctiſſ. Aquil. ad Rox. de incompat. p.5.cap. 3.n.53.& ſeqq.*

## CAP. LVII.

De incluſione & excluſione, in maioratu condito, ſub cõditione, quod ſi poſſeſſor obtineat aliud primogeniũ ſufficiẽs ad cõgruam ſuſtentationem excludatur & in maioratus ſucceſſione includatur alius ſucceſſor, qui redditus ſufficientes ſint ad hoc ut incluſus excludatur, & dicãtur, congruæ ſuſtentationes ad hoc ut habeat locum incluſio alterius; & cui incumbat onus probandi, & quomodo arbitrari debeant redditus ad hanc incluſionem, vel excluſionem ſucceſſoris maioratus & an ſit valida talis clauſula & quod aggreget ex ſuis bonis talem quantitatem, quæ ſufficiat ad fundandum de no-

vo maioratum, & quod ſi non habuerit talem quantitatem neceſſariam excludendus veniat & quomodo probentur paupertas, aut divitiæ ad hunc effectum & redditus ſufficientes? & an ſi maritus ſit pauper, ſufficiant bona uxoris.

*SUMMARIUM.*

*Talis clauſula, eſt valida, & obſervanda eſt, prout in illa continetur n. 1.*
*Non entis nullæ ſunt qualitates n. 2.*
*Inanis eſt actio, quam inopia debitoris excludit, immo nullam videtur habere actionem n. 3.*
*Idem eſt non tenere, quod non ſufficere n. 4.*
*Divitias habere non præſumitur n. 5. quando aliquis dixerit poſſidere illas tenetur probare. ibidem.*
*Paupertas magis accomodatur naturæ quia omnes nati ſunt pauperes n. 6.*
*Ille contra quem adeſt aliqua præſumptio afficitur duriori genere probationis n. 7.*
*Neque ad hunc effectum ſufficiunt bona uxoris n. 8.*
*Quæ bona dicantur ſufficientia n. 9.*
*Forma, conditio, & expreſſio voluntatis facta in prima vocatione, cenſetur repetita, in ſequentibus n. 10.*
*Linia qualitatis componitur ex illis perſonis in quibus qualitates ab inſtituente requiſitæ inveniuntur n. 11.*
*In claris ad interpetrationes non eſt recurrendum n. 12.*

HAnc quæſtionem proponit *Roxas de incomp. p. 7. cap. 3. n. 11. & ſeqq.* ubi reſolvit & tractat quis ſit habilis, & capax, & habeat redditus ſufficentes & *n.* 13. remittit reſolutionem arbitrio judicis, & *n.* 14. quomodo arbitrare debeat, & exemplificat *& Aquil. in add.* 1

Et quoad ſecundam partem quæſtionis dicendum eſt, quod talis clauſula eſt valida, et obſervanda eſt prout in illa continetur, prout teſtatur *Gregor. Lop. gloſſ. 1. in L. 4. tit. 9. part. 6. verſ.* ſi condens maioratum et rurſus in *L. 10. gloſſ. 2. ad fin. Cod. tit. Alvarad. de conjectura ta ment defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 58. pag. 47. Taſc. pract. verb. fideicomiſſum concluſ. 245. tom. 3. Peregrin. de fideicomiſſ. art. 1. n. 10. & art. 12. n. 3. Simonde Prætis lib. 3. interpret. 3. ſol. 1. & 4. Fuſar. q. 293. et q. 303.* et ita conſului in uno caſu in quo inſtitutio habebat clauſulam ſequentem: *Com condiçaõ que accreſcentaſſe de ſeus bens quantidade tal, a que baſtaſſe para fundar de novo*, et excludendum eſſe pauperem, licet proximiorem, quia in dictis verbis requiritur quod vocatus habeat bona ſufficientia ad augmentum maioratus, quia ſemper danda eſt habilitas et idoneitas terminorum *L. ut gradatim 11. ad fin. princip. ff. munerib. & honoribus*, dum ait: idonei ſint *Cravet de antiq. tempor. tect. vidimus in genere n. 21. Tiraq. de re tract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. n. 22. Mantic. de conjectur. lib. 1. tit. 13. n. 19.* Et non entis nullæ ſunt quali- 2
tates *L. ejus qui in provincia 41. ff. ſi cert. petat.* et ex nihilo nihil fit *Tuſc. tom. 5. verb. nihil concluſ. 46.*
et inanis eſt actio quam inopia debi- 3
toris ex cludit, immo nullam videtur habere actionem *L. nam is 6. ff. de dolo Valaſc. loc. com. lit. N. n. 52.*
*et ſicut dicit n.* 58. idem eſt non te- 4
nere,

nere, quod non ſufficere, et non implere *Cov. pract. cap. 7. n. 2. Franch. dec. 100. n. 18. Novar. in prax. elect. q. 8. n. 2. ſect. 1. Gail obſerv. 1. n. 44.* et ille qui non valet ſuccurrere cauſæ, et rei de qua agitur inops et impotens appellandus et habendus eſt *Afflict. dec. 179. n. 3. Mangil de imputat. q. 138. n. 5.*

Qui autem tenetur probare habere bona ſufficientia, ad hoc ut ſuccedat dic, quod competit petenti, & pertendenti *Caſtil. lib. 5. cap. 9. n. 1. & 13. Peregrin. de fideicomiſſ. art. 43. n. 46. Gom. L. 47. Tacer. n. 2.*

5 Et ſpecialiter, quia divitias aut bona ſufficientia habere non præſumitur, ſed quando aliquis dixent poſſidere illa tenetur probare *L. ſi vero 5. §. qui pro rei qualitate ubi notatur ff. qui ſatiſdare cog. Maſcard. concl. 526. Pacian. lib. 1. cap. 36. n. 33. & cap. 54. n. 10. & 19. Manto de fidejuſ. p. 2. ſect. 7. cap. 1. pag. 381. Henng. cap. 8. n. 18. de fidejuſ. Novar. de privileg. miſer. privileg. 73. n. 10.*

6 Et cum paupertas magis accommodetur naturæ, quia omnes nati ſunt pauperes, prævalet præſumptio paupertatis ut tenent citati & ultra eos *Valaſc. de privileg. paup. p. 1. q. 5. n. 27.*

7 Et ille contra quem adeſt aliqua præſumptio afficitur duriori genere probationis *L. ult. ad fin. princip. ff. de eo quod met. cauſ. Hermoſil. in L. 56. tit. 5. part. 5. n. 70. gloſſ. 1.*

8 Neque ad hunc effectum ſufficiunt bona uxoris, qui non dubitat tradere ad hoc ut adimpleatur voluntas teſtatoris inſtitutor enim loquutus fuit, cum verbis perſonaliſſimis & limitatis, & reſtrictis ad perſonam mariti, & ad jus bona *Auguſt. Barb. dict. 177. Caſtil. lib. 3. contr. cap. 15. n. 42.* agentes de dictione, ipſe, & de pronomine ſuus ſua ſuum, & quod etiam denotet perſonalitatem, ſignificetque, dominium, & poſſeſſionem agunt *Seraphin. dec. 1334. Barb. dict. 397. n. 1. & 3.* & cum inſtitutor mandet facere augmentum de bonis ſucceſſoris ſuis, cum verbo *baſte*, ſufficiat, quod poſtea ſequitur, non poteſt uxor adimplere pro marito, quia tunc nec vocatus adimplebat, nec bona erant ſua & conferatur tot nec uxor pro marito, & ſolum in ſuis bonis intelligitur incluſio ut alias habetur in *L. quoniam novella 29. ibi*: ex ſubſtantia ejus profecta fuit & in *L. ſimus 36. Cod. de in offcioſ. §. 1. ſub verſ. repletionem ibi*: ex ipſa ſubſtantia patris *Jordan. Viſil. de feud. 3. p. q. 1. art. 11. n. 12. pag. 86. cumia de feud. ad cap. ſi aliquem. verbo maritata n. 419. illat. 9. 10. 11. & 12.*

Et quæ bona dicuntur ſufficientia ad hanc ſucceſſionem vide *Valaſc. de privileg. paup. p. 1. q. 4. n. 11. Manguil. de imput. q. 138. Aſflict. dec. 179. Roxas ſupra his non conſideratis, nec propoſitis & vide in fin. cap. 84. & ſententiam ſeq.* 9

No Feito de aggravo de Manoel Rodrigues, com Pedro Dias Eſcalatim, Eſcrivaõ Domingos Luiz de Oliveira, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Viſtos eſtes autos, &c. Moſtra ſe pelos Authores que Angela da Roſa no teſtamento a fol. 12. verſ. fez morgado de ſeus bens (que ſaõ os declarados no ſegundo artigo da libello) chamando para a ſucceſſaõ delle em primeiro lugar a ſeu marido Antonio de Pinna, que no dito morgado nomearia hum parente pobre della inſtituidora; qual lhe pareceſſe para andar na linha deſte nomeado, e na falta della ſuccedeſſe o parente mais chegado ao ultimo poſſuidor. Moſtra ſe que*

*que falecendo o marido da inſtituidora ſem nomear, ſe metera de poſſe dos bens do morgado Vicente Carreyra de Almada, que ſendo de mandado por Gregorio Dias, ſe julgou a eſte a ſucceſſaõ, com fundamento de ſer pobre, e parente mais chegado da inſtituidora, ainda que em grao naõ taõ chegado como o era a mulher do dito Vicente Carreyra que ſe prova ſer rico, e abaſtado; e por morte de Gregorio Dias ſe devolveo o morgado a ſua filha Simoa dos Santos, que o poſſuio em quanto viva, e por ſeu falecimento ſe meteraõ os Reos de poſſe dos bens do morgado ſem titulo valido, e os devem reſtituir aos Authores com os frutos da individua occupaçaõ até real entrega, por quanto elle Author he o parente mais chegado da ultima poſſuidora Simoa dos Santos em razaõ de ſer filho de Gaſpar Rodrigues, e ſua mulher Maria Gomes, a qual era prima com irmãa de Gregorio Dias pay da ultima poſſuidora, e do pay da inſtituidora, e aſſim em terceiro grao como a ultima poſſuidora ſua prima ſegunda, e do ſangue da inſtituidora, e tambem porque a qualidade de pobre concorre nelle Author, que ſe moſtra ſer caſado, e com ſua filha donzella taõ pobre que padece muitas neceſſidades, por naõ uſar (em razaõ da prematica) do ſeu officio de bordador, ſendo ſó o de que ſe ſuſtentava. Por parte do Reo ſe allega pertencer o morgado de que ſe trata a ſua mulher Vicencia Gomes por ſer, como he prima com irmãa da ultima poſſuidora em razaõ de ſer filha de Jeronymo Gomes, e eſte irmaõ inteiro de Gregorio Dias, pay da ultima poſſuidora, e aſſim primas com irmãas, por onde na forma da inſtituiçaõ he a legitima ſucceſſora, e tambem por ſer o Reo ſeu marido taõ pobre que vive ſómente pelo ſeu officio de Çapateiro. O que tudo viſto, e o mais dos autos, e fórma da inſtituiçaõ porque ſe moſtra diſpor a inſtituidora que o dito ſeu marido nomeaſſe para eſte morgado hum ſeu parte pobre, e que na linha deſte ſe continuaſſe, e que na falta della viesſe ao parente mais chegado ao ultimo poſſuidor, termos em que extincta a linha de Gregorio Dias (em que primeiro entrou) por falecimento de ſua filha Simoa dos Santos ultima poſſuidora, ſe ficou devendo a ſucceſſaõ ao ſeu parente mais chegado que he a mulher do Reo por ſe provar da ſua inquiriçaõ ſer prima com irmãa da ultima poſſuidara em razaõ de ſerem ambas filhas de dous Irmãos, o que ſe naõ acha no Author, porque ainda quando concludentemente juſtificara o ſeu parenteſco, he eſte ſómente de primo ſegundo com a ultima poſſuidora, e aſſim em terceiro grao, e mais remoto que o da mulher do Reo, que eſtá em ſegundo; e como outroſſim por ſe naõ achar repetida a qualidade de pobreza nos mais ſucceſſores, ſó devia ſubſiſtir no primeiro que ouveſſe de ſer nomeado pelo marido da inſtituidora, que pelo naõ fazer ſe veyo a verificar no dito Gregorio Dias, que juſtificou ſer pobre, e por eſte titulo ſe lhe julgou a ſucceſſaõ deſte morgado; e caſo negado tivera lugar eſta allegaçaõ fora do primeiro nomeado, ainda naõ ficava excluida a Re por ſe naõ provar que ſeu marido ſeja rico pois o mais que ſe juſtifica de naõ ſer taõ pobre como o Author, e a inſtituidora naõ chamou ao mais pobre, mas ao que o foſſe deixando eſta qualidade no arbitrio de ſeu marido; portanto julgo a mulher do Reo por legitima ſucceſſora deſte morgado, e como tal a abſolvo do pedido pelos Authores que paguem os autos. Lisboa 2. de Mayo de 1689.*

*Manoel Martins Pretto.*

Ab hac ſententia interpoſitum fuit

fuit gravamen ad ſupplicationis Senatus, ubi confirmata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Quæſtio principaliter diſcutienda in hoc proceſſu, ea eſt an qualitas paupertatis cenſeatur repetita ultra nominatum in prima vocatione. Secunda quæſtio, an paupertas ab inſtituente deſiderata verificetur in Rea poſſidente maioratum?

Quod attinet ad primam quæſtionem, qualitas appoſita primæ ſubſtitutioni, cenſetur repetita in ſequentem, cum pluribus ab eo citatis tenet *Fuſarius de fidei comiſſaria ſubſtitutione quæſt.* 450. à principio,
10 illatio, quia forma, & conditio, & expreſſio voluntatis facta in prima vocatione, cenſetur repetita in ſequentibus ſubſtitutionibus, ita ut ſequentes ſubſtitutiones ſucceſſive, eadem forma, & modo regulari debeant ex *L.* 1. *cum ibi vocatis Cod. in puberum*, *& aliis L.* 3. *§. ſi filius ff. liberis*, *& poſth. L. legatorum §. qui plures ff. legat.* 2. *L. Lutius ff. ad Trebelianum Gam. deciſ.* 160. *n.* 9. *& deciſ.* 354. *n.* 4. ergo cum in prima ſubſtitutione inveniatur illa qualitas paupertatis ibi: *A qual Cappella elle dito meu marido nomeará hum parente meu pobre, qual elle lhe parecer, &c.* Repetenda eſt ſequentibus ſucceſſoribus *Peregrin. de fideicomiſſis artic.* 16. *à principio & n.* 3.

Facit deinde, quia licet daremus proximior (abſque illa qualitate paupertatis) non erat admittendus ex prima ratione, de qua ſupra, & etiam quia non ſumus in præſenti in linea ſubſtantiæ, quæ ſolum modo datur in maioratu regulari, ubi voluntas inſtitutoris non deſiderat aliquam qualitatem, imò regulis juris ſe confirmat, ad hoc ut ſucceſſio per lineam ſubſtantiæ deferatur *Fuſarius quæſt.* 346. *n.* 1. *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 14. *Roxas de incompatibilit. p.* 1. *cap.* 6. §. 22.

Sed ſumus in linea qualitatis, quæ 11
componitur ex illis perſonis in quibus illæ qualitates ab inſtituente requiſitæ inveniuntur *Cevalh. tom.* 4. *quæſt.* 905. *n.* 187. *Roxas ubi ſupra à n.* 301. & ſic in irregulari maioratu, ſeu Capella, quæ idem valet: ergo abſque hac qualitate non eſt admitendus ſucceſſor in iſta vocatione, ſeu ſucceſſione.

Videamus igitur an paupertatis qualitas vereficetur in Rea, & meo videri vereficatur, primo quia omnia bona, quæ habet, ut evidentius probatur, ſunt Domus, olivetem in oppido de Abrantes, officium mariti, de quo deponunt teſtes, ex utraque inquiſitione; quo ad domos ex inquiſitione Actoris conſtat domorum pretium pro mercede eſſe 18U. reis, ex quibus ſi deducantur expenſæ in illarum reparatione, & neceſſariis ſumptibus ad reparationem, deducendæ ſunt à prædicto pretio, quibus abſque dubio minuitur, ex *Sarmento lib.* 1. *ſelectarum cap.* 10. & notant *Doctores in L. Plane in fin. ff. petitione hæreditatis*, & ad huc ſi demus pretium locationis integrum 18U. reis, neutiquam neceſſarium diceretur, ut Reus pauper non dicatur, inſpecto præſenti tempore; quo ad olivetem etiam tenuiſſimum eſſe deponit teſtis fol. 37. contra producentem, ſicut etiam de inopia Reæ, & cum ſit contra producentem plene probat.

Quoad officium, etiam in ops dicitur, qui ex operis, vel artifici debet victum quærere, *ex cap. quod ſuper his de voto Barboſ. in* 4. *p. legis primæ ff. ſoluto matrimonio à n.* 62. *in fi.* ergo verificatur qualitas in Rea paupertatis requiſita ab inſtituente,

tuente, & cum prædicta qualitate probata, concurrit proximitas gradus cum ultimo poſſeſſore, & ſumus in linea qualitatis.

Nec obſtabit illa conſideratio, ſcilicet, quod plene probatur maior paupertas in Actore, quam in Rea: ergo ſuppoſita qualitate paupertatis potius attendendum eſt ad paupertatem Actoris, quam Reæ. Reſpondetur namque quod inſpectis verbis inſtitutionis, non maior paupertas, ſed ſimpliciter, paupertas deſideratur, & in hoc caſu ſufficit quod in Rea detur qualitas paupertatis, licet non ſit maioris, ut in ſimili notatur ex *Barboſ. in lege unum ex familia § 1. ff. leg. 2. Mantic. de conjecturis lib. 8. tit. 5. n. 6. de leva ad Gratianum cap. 211. a n. 17.*

Neque in contrarium facit judicatum in ſententia in appenſo, quia eodemmodo, & juxta eandem qualitatem paupertatis judicamus, ex quibus confirmetur judicatum. Ulyſſipone die 9. Junii 1690.

Silva.

Qualitas paupertatis ab inſtitutore requiſita ſolum locum habere poterat in perſona à marito nominanda, ut clare colligitur ex ejus diſpoſitione fol. 12. verſic. ibi:

*A qual Capella elle dito meu marido nomeará a hum parente meu pobre, qual elle lhe parecer.*

Extincta vero hac perſona, & ejus linea, jam dicta qualitas non fuit requiſita, ut etiam videre eſt fol. 12. ibi & 13.

*Que andara a dita Capella na linha deſte parente, no filho que tiver, ou filha, e naõ havendo neſte caſo ſucceſſor, virá ao parente mais chegado do ultimo poſſuidor.*

Ecce quomodo in hoc caſu hanc qualitatem non requiſivit, neque in claris ad interpretationes recurrendum, ut paſſim dictant vulgaria juris principia, neque repetitionem inducandam, & licet repetitionem admitteremus paupertatis qualitas non fuit qualificata, ſed quælibet paupertas ſufficiet, & ex inſtitutoriis verbis ſupra relatis.

Quod autem Rea etiam pauper ſit, etiam ex actis demonſtratur, & ſic judicarem, quod regulariter judicis arbitrio relinquitur, gradus proximitas evidenter ex actis colligitur, neque in hoc dubitatur, ex his igitur, & quæ doctus advocatu teneat judicatum. Ulyſſipone 24 Julij 1690.

*Baſto.* *Pereira.*

## C A P. LVIII.

### De incluſione, & excluſione aſcendentis, vel deſcendentis, aut tranſverſalis, quando pater aut aſcendens vult ſuccedere in maioratu, per obitum filii aut deſcendentis & an revertatur aſcendendo, & an retro trahatur ad ſuperiorem lineam aſcendentium, mortuo deſcendente abſque liberis; & quando detur incluſio, vel excluſio ſi contingat caſus in quo pater ſuſceperit duos filios, ex ejus uxore conſanguinea, quæ maioratum poſſidebat, & poſt mortem uxoris ſuperſtite patre maior filius ſuccedat, qui poſtmodum ſine liberis decedat, an frater

ter ultimis poſſeſſoris excludat patrem, vel pater includatur; Et quid in maioratu in quo inſtitutio vocat fœminam cum conditione nubendi in familiam aliquam, an privata alia fœmina contravenienti, devolvatur ſucceſſio ad filium obedientis fœminæ an poſt mortem ſine liberis includatur linea poſtergata vel pater maſculus vocatus ut talis ex capite conſanguinitatis filii ultimi poſſeſſoris excludat fœminam matrimonii contrahendi capacem procedentem ex linia excluſa, & qui in hoc caſu includatur vel excludatur.

## *SUMMARIUM.*

*Succeſſio maioratus ſequetur votum naturæ quæ potius deſcendit, quam aſcendit n. 1.*

*Et inſtar fluminis debet ſuum curſum habere, cujus verſus naturaliter retro gadationem non admittit n. 2. & n. 6.*

*Frater ultimi poſſeſſoris excludit patrem vide quo in caſu. n. 3.*

*In maioratu ordo præcipuus a jure quæ ſit n. 4.*

*Proximitas ultimi poſſeſſoris eſt attendenda, & ejus reſpectu metienda ſucceſſio n. 5.*

*Quando ex parte ſucceſſibili, pater, aut mater ultimi poſſeſſoris non eſt in linea remotiori, tunc in favorem patris vel matris judicandum n. 7.*

*Si filius ſucceſſerit in maioratu, ad quem vocatus fuit, & pater vel aſcendente ſuperſtite decederet, non is quidem, ſed frater, vel patruelis ſuccedere debet n. 8.*

*Limita primo quando ipſe pater fuiſſet inſtitutor maioratus n. 9.*

*Licet ſecundo quando maioratus eſſet conſtitutus in filio contemplatione patris, vel ob ejus meriti n. 10.*

*Limita tertio ſi inſtitutus ſit maioratus in filio legibus & jure alterius maioratus antiqui in quo vocatus ſit pater tanquam de familia n. 11. Pater enim filio agnatus eſt ibidem.*

*Limita quarto quando conſuetudine, lege, vel ſtatuto cavetur quod poſt mortem filii ſine legitima prole ſuccedat pater n. 13.*

*Pater non eſt in linea quæ incipit a filiis, ſed cauſam liniæ dicitur n. 14. & 15.*

Succeſſio maioratus ſequitur votum naturæ, quæ potius vult deſcendere, quam aſcendere *L. 2. §. filius ff. de ventr. in poſſ. cap. licet de voto cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud.* & pater non eſt de linea filii *Bald. conſ. 339. lib. 3. n. 1.* nec de prole, nec de latere *Reminald. conſ. 117. n. 28. lib. 2. Luca de linea legal. art. 8. n. 74. verſ. ratio, & verſ. arguendo & n. 75.* 1

Nam ſucceſſio maioratus inſtar fluminis debet ſuum verſum habere, cujus verſus naturaliter retrogadationem non admittit *Geurb. de feud. gloſſ. 13. §. 2. n. 28. Luca d. art. 8. n. 76. & 77. ex Caſtilh. lib. 3. cap. 128. n. 17.* 2

Et ſi contingat caſus quo pater ſucceperit duos filios ex ejus uxore conſanguinea, quæ maioratum poſſidebat, & poſt mortem uxoris ſuperſtite patre, maior filius ſuccedat, qui poſtea, ſine liberis decedat, abſque dubio ſecundo genitus frater 3

trer ultimi poſſeſſoris excludet patrem *Pereir. dec.* 5. *n.* 6. & etiam in quocumque caſu, quo concurrant pater, & filius, vel alius transverſalis conſanguineus per mortem filii ultimi poſſeſſoris ut concludit *Luca d. art.* 8. *n.*78. *& verſ.* contra patrem ex *Gregor. Alvarad Lara de vita hominis cap.* 2. *n.* 44. *qui n.* 47. teſtatur ſe judice, quod litigante matre ultimi poſſeſſoris maioratus cum fratre dicti poſſeſſoris pronunciatum fuit in favorem liniæ deſcendentis ideſt fratris, *Pereir. d. dec.* 5. *Caſtil. tom.* 6. *cap.* 140.

4 Contrariam ſententiam probat *Luca d. art.* 8. *n.* 79. *& ſeqq.* quia ordo præſcriptus à jure eſt, quod primo gradu dirivetur ſucceſſio per lineam ſeu canalem deſcendentium, & poſt eam finitam per lineam aſcendentium, & ultimo per lineam tranſverſalium *L. ſtemata ff. de gradu*, & ita debet regulari in maioratu, cujus ſucceſſio regulatur per ſucceſſionem abinteſtato *Molin. de primog. lib.* 3. *cap.* 9. *Furſar. q.* 484.

5 Et etiam, quia, in maioratus ſucceſſione proximitas ultimi poſſeſſoris eſt attendenda, & ejus reſpectu mitienda ſucceſſio *Ord. lib.* 4. *tit.* 100. §. 2. *Molin. d. cap.* 9. *n.* 11. *& alii quos allegavimus tom.* 1. *cap. n.* & cum pater ſit proximior filii *L.* 1. *in princip. de grad.* tam quam proximior debet includi, & ſucceſſio aſcendere, ſicut aſcendit filii probabilitas ad patrem *Gam. dec.* 112. *Phæb. dec.* 155. *Fontanel. dec.* 229. *Guizarel. dec.* 10. Quare hanc opinionem pro patre defendit *Roxas de incomp. maior. p.* 1. *cap.*6. *n.* 200. *Luca d. art.* 8. *n.* 81. ubi ex *Roxas n.* 82. *&* 83. reſpondet ad argumenta contraria, *& n.* 84. inquit quod non refragari ait *Roxas ubi ſupra n.* 206.

6 quod ſucceſſio debeat dirivare verſum ſuum ad inſtar fluminis, quod naturaliter confluit ad proximum canalem nec retrocedit, aut regurgitat ſupra caput ſuum. Quoniam in caſu propoſito quando inſtituitur maioratus in filio & ejus deſcendentibus, ac deficit ſine illis filius, ſi per mortem filii deveniat ſucceſſio maioratus ad patrem, tunc non poteſt dici, quod ſucceſſio revertatur, vel retrocedat, cum tunc aqua ſucceſſionis non dirivat a patre, nec fecerit tranſitum per patrem, imo novum incipit curſum per alium canalem; & hoc caſu percurret ſucceſſio ad inſtar aquæ fontis quia in filio à principio tanquam in fonte collocata fuit ſucceſſio, & ab hoc fonte derivanda erat per canalem deſcendentium, ſed eum aditus hujus canalis ſit obſtructus, ſive præcluſus, magis naturale eſt, quod aqua hujus canalis vertatur de fonte in alium canalem magis immediatum, qui eſt canalis aſcendentium proximiorem fonti.

In caſu, de quo *Pereir. de Caſtr. deciſ.* 5. quo pater contraxit cum conſanguinea ex ejus familia, quæ conſanguinea maioratum poſſidebat, & duos vel plures filios habens mortua uxore ſucceſſit maior, & eo abſque aliqua prole decedente, poſt ejus mortem contendente patre cum ſuo ſecundo genito filio ſuper maioratu ſucceſſione Senatus Luſitanus juſte contra patrem cenſuit in favorem filij, quia ſecundo genitus reſpectu matris reſidebat in linea deſcendentium, unde recte ibi fuit judicatum juxta linearum regulas.

Rectè etiam in caſu *deciſ.* 48. *Pereir. de Caſtr.* fuit judicatum contra matrem ultimi poſſeſſoris in favorem conſanguinei tranſverſalis, quia ſola materna qualitas niſi ex parte ſucceſſibili eſt impertinens, & mater ibi erat uno gradu remotior; quia Antonius de Moura pater Rei,

cum quo litigabat, pater erat in ſexto gradu conſanguinitatis cum ultimo poſſeſſore, mater vero in
7 ſeptimo, ſed quando ex parte ſucceſſibili pater, aut mater ultimi poſſeſſoris non eſt in linea remotiori, tunc in favorem patris, vel matris judicandum inquit *Roxas n.* 216. *d. colligens ex d. deciſ.* 48. *n.* 1. *&* 2.

Singularem nihilominus *Roxas n.* 218. fatetur ſuam opinionem, ibi: ſed ſi forte tibi ſingularis mea opinio videatur, & coniventibus oculis ad noſtra fundamenta, magis ſuadeat authoritas magna *D. Greg. Lop. Matineſi, Azevedi Valaſq. de Avendan. Alvarandi, & Marij Giurb.* Et re vera Authores citati loquuntur in individuo, & ſine trepidatione contra aſcendentes, & præcipue *Greg. Lop. in L.* 4. *tit.* 16. *partit.* 6. *gloſ.* 1. *ibi*: Nota tamen, quod in maiora filij non ſuccedit pater; quia maiora reſpicit lineam deſcendentem, ſicut & feudum, vel emplyteuſis eccleſiaſtica, *Bal. in Auth. defuncto c. ad Tertyl.* qui licet loquatur in feudo, eadem ratio eſt in maioria, & ſecure hanc reſolutionem procedere tradit *Caſtill.*
8 *d. cap.* 140. *lib.* 6. quod ſi filius ſucceſſerit in maioratu, ad quem vocatus fuit, & patre, vel aſcendente ſuperſtite decederet, non is quidem, ſed frater, vel patruelis ſuccedere debeat, quia maioria non reſpicit lineam aſcendentem, ſive maioratus ſit factus a tertio ſive a filio ipſo in ea parte bonorum, de qua poteſt libere diſponere.

9 Limitationes infra ſcriptas ſine contraditione autem admittendas advertit *Roxas ubi ſupra n.* 220. *& ſeq.* ad favorem patris & deſcendentis.

10 Prima, quando ipſe pater fuiſſet inſtitutor maioratus ex *Caſtil. d. cap.* 140. *verſ.* & in primis conſtitutio.

11 Secunda, quando maioratus eſſet conſtitutus in filio contemplatione patris, vel ob ejus merita *L. ſed & ſi plures* §. *in arrogato ff. de vulgar. Alvarot. & alij in d. cap.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud. & ibi Afflict. n.* 2.

Tertia, ſi inſtitutus ſit maioratus in filio legibus, & jure alterius maioratus antiqui, in quo vocatus ſit pater tanquam de familia, pater enim filio agnatus eſt §. 1. *inſtit. ad legit. agnat. ſucceſſ. Sebrader. de feud. p.* 7. *cap.* 6. *n.* 4. *in fin.*

Quarta, quando conſuetudine, lege, vel ſtatuto caveatur, quod poſt mortem filij ſine legitima prole ſuccedat pater, *Caſſanat. in conſuet. Burgund. rubr.* 7. §. 6. *n.* 10. *& ita L.* 27. *Tauri caveri tradit. Roxas n.* 222.

Si enim inſtituta eſſet primoge- 13
nitura in maiore de linea Titij, vel in primogenito Titij, ego non dubitarem, quod mortuo primogenito ſuperſtite patre, nec non ſecundogenito, eſſet præferendus ſecundogenitus; & ſic linea collateralis lineæ aſcendenti, quia ſecundo genitus (defuncto primogenito) diceretur primogenitus, *Hyer. de Leo dec.* 209. *n.* 8. *Surd. conſ.* 494.

Aut etiam quæritur, an pater ſit 14
in linea, que incipit à filiis & in hoc caſu patrem non eſſe in linea, ſed cauſam lineæ dicit *Menoch. conſ.* 683. *n.* 8. *vol.* 9. unde ſi filius non eſt natus ceſſat principium lineæ, & deeſt primum extremum ipſius *Marta de ſucceſ. p.* 3. *q.* 1. *art.* 2. *n.* 37. & pater dicitur cauſa efficiens lineæ, ut *Menoch. lib.* 4. *præſ.* 88. *n.* 11. *ibi*: cum teſtator vocat lineam, vel dicit bona conſervari debere inter eos, qui ſunt de linea: ſolemus dicere, lineam conſiderari altero de duobus modis, nempe, effective dicitur cujus origo, & cauſa efficiens eſt ipſe teſtator pater, atque ita compræhendit deſcendentes ab

15 ab ipſo patre. Unde ſi pater eſt cauſa, efficiens lineæ, erit cauſa extrinſeca, neque erit in linea. Item quia linea effectiva, quam facit pater, incipit à filiis, & conſequenter finita linea unius filiis, ſuccedent alij de immediata linea effectiva, hoc eſt alterius filij; fateor tamen, quod extinctis omnibus de linea effectiva, cum ſimus in vinculo perpetuo primogenituræ, aſcendetur quærendo continuationem lineæ etiam uſque ad patrem, & aſcendentes, qui ſunt de linea contentiva, & ita gradatim uſque ad ultimum de familia *Caſtill. lib. 5. cap. 39. n. 14. Molin. lib. 1. cap. 4. n. 38. & ibi addit. & ita concludit Luca ubi ſupra.*

Quid autem dicendum quando inſtitutor fecit mioratum in quo vocat fæminam cum conditione nubendi cum certo maſculo familiæ, & talis fæmina propter contraventionem eſt privata, & includitur in ſucceſſione alia fæmina remotior capax contrahendi matrimonium, quæ nuptias contraxit cum conſanguinio maſculo, an poſt mortem fœminæ ſine liberis includatur linea poſtergata, vel pater maſculus vocatus ut talis ex capite conſanguinitatis filij ultimi poſſeſſoris excludat fæminam matrimonij contrahendi capacem, procedentem ex linea excluſa, & quis in hoc caſu includatur, vel excludatur, diſputatum fuit in cauſa Illuſtriſſimi Comitis de Villar Maior, & filiæ ſuæ cum Illuſtriſſimo Comite do Redondo apud Notarium Antonium Soares de Siqueira in Judicio Appellationum in qua cauſa Judex cauſarum Civilium protulit ſententiam in favorem fæminæ lineæ excluſæ, & contra patrem maſculum, & conſanguineum filij ultimi poſſeſſoris, aqua ſententia fuit appellatum ad ſupplicationis Senatum, & fuit confirmata, aliquibus Senatoribus renuentibus pro ut conſtat ex ſententia & deliberationibus de quibus ad *cap. n.*

De qua re vide *Jull. cappon. tom. 4. diſcept. 137. n. 33. & 40. Caſtil. cap. 138. Scobar. de puritat. 2. p. q. 4. art. 2. n. 72. Marin. lib. 1. reſol. cap. 126. n. 5.* ubi in feudo aſcendentes ſuccedere teſtatur explicat *Portugal. de donat. Reg. lib. 1. prælud. 2. §. 2. n. 154. eleganter exornat. Aguil. ad Roxas ubi ſupra d. cap. 6. p. 1. n. 200. & ſeqq. ad varias quæſtiones & n. anteced.*

## CAP. LIX.

### An infamis infamia juris, aut facti, excludatur à maioratus ſucceſſione: & an Hiſtrio vel Comives vulgo *repreſentantes de Comedias*, includatur in vocatione conſanguineorum, & an tales ſint infames, in famia juris vel facti, & quando in iſtis habeat locum incluſio vel excluſio à maioratus ſucceſſione!

HAs quæſtiones proponit, & omnibus citatis in materia reſolvit *Roxas de incomp. maior. p. 1. cap. 12. per tot.* & ultra eos altius exornat *Doctiſſimus Aguila in add.*

## CAP. LX.

Utrum ſecundo genitus includatur aut præferatur in ſucceſſione maioratus, ſi concurrat cum primo genito, Hermaphrodito, & iſte cenſeatur excluſus, quando maſculus habet præferentiam & incluſionem contra fæminam; & quid ſi competentia ſit inter Hermaphroditum, & tranſverſales maſculos, ad ſuccedendum in maioratu agnationis, vel ſimplicis maſculinitatis, in quo fæmina penitus ſit excluſa.

HAnc quæſtionem proponit & reſolvit omnibus citatis *Roxas de incompat. maior. p. 2. cap. 3. Luca de linea legal art. 8. n. 52. & ſeqq. optime doctiſſ. Aguila in add. ad eumdem Roxas ubi proxime.*

## CAP. LXI.

Quando detur incluſio, vel excluſio in maioratu tali cōditione inſtituto, ut in eo ſuccedatur alternatim; unus ſcilicet fruatur per tempus, vel vitam ex linea paterna; & alter per aliud tempus, & vitam ex linea materna; vel unus ex parte viri & alius ex parte uxoris inſtitutoris; & an tranſacto inutiliter ex cauſa litigij vel alia quacunque tempore uni aſſignato abſque actuali poſſeſſione, cum effectu habendi ſibi redditus, & uſum fructum Judex debeat ei aliud tempus aſſignare, vel ſubrogare ad utendum & fruendum!

DE materia & reſolutione hujus quæſtionis, eſt videndus omnibus citatis in materia *Roxas de incomp. mai. p. 2. cap. 2. per tot.* & eleganter ad varias quæſtiones *Aquila in addit. ad d. Rox. ubi optime exornat.*

## CAP. LXII.

Quando detur incluſio, vel excluſio filij, quando genitus fuerit à duobus viris; & quādo includatur in ſucceſſione maiortus primi, vel ſecundi mariti ultimi poſſeſſoris, quando uxor poſt mortem primi, intra paucos dies ſecundo nubat, & intra ſeptimum, nonum, & decimum, ſive undecimum menſem natus ſit filius, an natus ſuccedere debeat, vel conſanguineus primi, vel ſeccundi mariti, & non ſolum quando poſt mortem primi,

primi, ſed etiam eo vivente, ſi diſſolvatur matrimonium, quia contractum nulliter, per vim vel metum, vel in gradu prohibito, vel ſi primus vir contraxerat, alia uxore vivente; aut ſi marito abſtente mulier cum alio contraxerat & ei reverſo fuerit reddita uxor!

DE hac materia, et reſolutione, omnibus citatis agit *Roxas de incomp. maior. p. 2. cap. 4. & Nos diximus tom. 2. hujus tract. cap. 10. n. & ſeqq. cum aliis Luca de linea legal art. 8. n. 65. & ſeqq. reſponſ. 7. & optime exornat doctiſſimus Aquila in add. ad Roxas ubi proxime.*

## CAP. LXIII.

De clauſulis incompatibilibus, contrariis contradictoriis, ſeu perplexis clauſulis, ſeu capitulis, vocationibus, & conditionibus in maioratibus appoſitis, & cui ſtandum ſit, vel nulli earum, adhoc ut detur in maioratus ſucceſſione, incluſio vel excluſio ſucceſſoris, & quid quando continent perplexitatem, aut contrarietatem!

### SUMMARIUM.

*In teſtatoris voluntas obſcura neceſſario debet recurri ad interpetrationem n. 1.*

*Quando voluntas teſtatoris etiam circa inſtitutionem hæredis reduci non poteſt ad concordiam, ſecunda prævalet, & videtur teſtator incontinenti ſe corrigere & emendare n. 2.*

*Indubio pro hærede debet fieri interpetratio contra legatarios n. 3.*

*Ambiguæ diſpoſitionis interpetratio arbitrio judicantis relinquitur n. 4.*

*Conjectura quæ deducitur ex verbis antecedentibus anteferri debet ei quæ ſit, & colligitur ex ſequentibus n. 5.*

HAnc quæſtionem proponit, & reſolvit multis citatis & pluribus rationibus & juribus *Roxas de incompat. maiorat. p. 1. cap. 10. per tot. & 4. p. cap. 5. eleganter Aquil. in add. Roſa conſult. 36. n. 15. & ſeqq. Altograd. conſ. 92.* & ita judicatum fuit in cauſa ſequenti, ex qua reſolvenda eſt quæſtio propoſita.

No Feito de André Lopes contra Antonio Rodrigues, Eſcrivaõ Lourenço Correa de Torres, ſe deu a ſentença ſeguinte.

*Acordaõ os do Dezembargo &c. Naõ he bem julgado pelo Juiz, e Ouvidor em abſolver ao R. da Courella pedida pelos AA. em ſeu libello revogando ſuas ſentenças viſtos os autos, e verbas do teſtamento fol. 13. e forma da ſegunda, porque ſe limita a generalidade da primeira, para ambas terem lugar, e ficar ceſſando a contrariedade, que nellas ſe conſidera. Condemnaõ ao R. abra maõ da dita Courella, e a entregue aos AA. com os frutos da lide conteſtada atè real entrega, que ſe liquidaraõ na execuçaõ, e nas cuſtas dos autos. Lisboa 9. de Novembro de 644.*

*Foyos. Porto. Velho.*

Hæc ſententia fundata fuit in deliberationibus ſequentibus.

Teſta-

